¶ Amplius quantitati nihil est contrariū. In definitis autem manifestum est qm̄ nihil est contrarium: vt bicubito tricubito vel superficiei vel alicui talium nihil est contrariuz. Nisi forte quis multa paucis dicat esse ɔtraria. vel magnum paruo. horū autem nihil est quātitas: sed magis ad aliqd. Nihil enim per seipsuz paruū vel magnū dicit: sed ad aliud refertur. nam mons quidē paru⁹ dicit. miliuz vo magnū: eo φ hoc qdem sui gn̄is maius sit: illud vo minus. ergo ad aliud est eorū relatio. nam si per seipm magnū vel paruuz diceref: nūq̄ȝ mons qdē aliq̄ndo paru⁹. miliū vo magnū diceref. Rursus i vico qdē plures hoīes eē dicimus. in ciuitate vo paucos. cuz sint eorū multiplices: τ i domo qdē multos: in theatro vo paucos cū sint plures. Ampli⁹ bicubitū vo vel tricubitū τ vnūquodqȝ taliū quātitatē significat. magnū vo vel paruū nō quātitatē: sȝ magis ad aliqd. qm̄ ad aliud spectat magnū vel paruū. quare manifestū est qm̄ hec ad aliquid sunt. Amplius autē siue ponat aliqs has esse quantitates: siue non ponat: nihil illis ɔ̄riū erit. Qd̄. n. pōt nō sumi per seipsum: sed ad solā alteri⁹ rōnē referf: quō huic aliqd erit ɔ̄riuz. Ampli⁹ aūt si erūt magnum τ paruum ɔ̄ria: ɔtingeret ipȝ idē simul ɔ̄ria recipe: τ ea ipsa sibimet esse ɔ̄ria. Cōtingit. n. idē ipsuz simul puū esse τ magnū. est. n. aliqd ad h̄ qdez puū: ad aliud q̄dē hoc idem ipm magnū. q̄re idē puū τ magnū in eodez tpe eē cōtingit. q̄re ɔ̄ria simul suscipiet. Sed nihil est qd̄ videf simul ɔ̄ria posse suscipere: vt substātia susceptibilis ɔ̄riorū quidē esse videf: sed non suscipit vno eodēqȝ tpe. nam nullus simul τ san⁹ est τ eger: nec alb⁹ τ niger simul est. Nihilqȝ aliud simul ɔ̄ria suscipiet. Et eadē sibiipsis ɔtingit esse ɔ̄ria. nā si est magnuz paruo ɔ̄rium. ipm autē simul idē est paruū τ magnum: ipm sibi erit ɔ̄rium: sed impoſe est ipȝ sibi eē ɔ̄riuz. nō est igif magnuz paruo ɔ̄riuz: nec multa paucis. quare vel si nō relatiuoruz hoc quilibet dicat: tn̄ quātitas nihil habebit ɔ̄rium. Maxie autē circa locum videtur esse ɔ̄rietas quātitatis: sursum eni ad id qd̄ est deorsuz ɔ̄rium ponunt: locum qui in medio est deorsuz dicētes: eo φ multa dr̄ia medij ad termīos mundi sit. videtur autē τ aliquoruz ɔ̄riorum diffōnē ab his pferre. q̄ eni a se inuicē multū distāt eoruz que sub eodē gn̄e sunt ɔtraria determinant.

¶ Hec est tertia pars pncipalis hui⁹ capli: in q̄ ppᷣetates tres quātitatȝ ostendunf. Incepit autē partē hāc a. ly ampli⁹ nō sine mysterio. Insinuauit siquidem per hoc φ para hec icepta secreto est: tū qȝ ex imediate pmissis sumēdo ostēsa est pᵃ ppᷣetas q̄ztitatis. s. φ ipsa fm seipsaz sit quāta τ p habitudinē ad ipsam oia alia dicunf quanta: tū qȝ ex imediate pmissis finis assignādarū ppᷣetatum habef. s. discernē q̄ztitatē a nō q̄ztitatib⁹. Precostēsis q̄ bis ad maiorē sigillationē τ discretionē q̄ztitatȝ: subdit (amplius q̄ztitati nihil est ɔ̄riū.) Termini declarati sunt: textus vo distinctiōe τ collectiōe magis q̄ȝ declaratiōe eget. Tria ergo facit. Primo ostēdit hanc ppᷣetatē inueniri in omnib⁹ q̄ztitatibus definitis. i. determinatis τ certis fm speciem: vt bicubito tricubito: dualitati trinitati τc̄. Scd̄o ibi (Nisi forte quis.) Affert instātiaȝ quo ad quātitates indeterminatas: tam cōtinuas vt magnū τ puū: q̄ȝ discretas vt multa τ pauca. Et statim soluit obiectionem hanc dupliciter. Primo ostendēdo hec nō esse q̄ztitates: sed ad aliquid. ibi (Horum autem nihil est q̄ztitas.) Scd̄o ostēdēdo φ siue hec sint quantitates siue non: falsum est ipsa esse ɔ̄ria. ibi (Amplius siue ponat quis τc̄.) Primā solutionē q̄ dicit magnū τ paruū: multa τ pauca non esse q̄ztitates: sed ad aliqd: duplici ratione pbat. Prima est qd̄ non conuenit alicui per seipsum. i. absolute: sed in ordine ad aliud: non est q̄ztitas: sed ad aliquid: q̄ōlibet horū est h̄ȝ. ḡ nihil horum est q̄ztitas sed ad aliqd. maior pȝ ex terminis: qm̄ in hoc distinguuntur sub a q̄ztitas τ q̄litas: ab ad aliqd: φ ipsa sunt predicamenta absoluta: ad aliqd vo respectiuū. vnde minorē Aristoteles ponēs pbat eā ab euidenti signo: qa. s. miliuz dicitur magnum: τ mons paruus: τ similr hoīes in vico vno: multi dicunf: in ciuitate vo pauci τc̄. ex qbus oib⁹ hoc manifeste pȝ: φ res nō dicit magna si fm seipsam cōsiderefur: qm̄ ɔstat φ mons q̄libet maiorē q̄ztitatem habet: q̄cūqȝ grano milij: τ tamē hoc dicif magnum: τ ille paru⁹: qa hoc respectu minorū granorū milij magnum est: τ ille respectu aliorū montium paru⁹ est: τ similr est de multitudine τ paucitate. mille enim homies respectu multitudinis reqsite ad ciuitatē: pauci sunt: qngenti autem respectu multitudinis reqsite ad virū multi sunt. ¶ Scd̄a rō est: cuius nomē nō significat q̄ztitatē sed ad aliqd: ipsum nō est q̄ztitas sed ad aliqd: magnū vel paruū non significat q̄ztitatem sed ad aliqd. ergo. Declaratur minor quo ad partē negatiuā: per exemplum ab opposito. i. ab his q̄ significāt q̄ztitatem: vt bicubitum tricubituz: q̄ ad partem vero affirmatiuam q̄niam ad aliud spectat magnū τ paruū. ¶ Notādū est hic: φ hec ratio in hoc a pcedēte differre videf: qa illa a re significata: hec a nois significatione pcedit: aspiciens φ hec noia etsi q̄ztitatem aliq̄ modo important: non tamen eam pprie loq̄ndo significant: sed magis significāt ad aliqd circa q̄ztitatez. Cum enim dico aliqd magnum aut paruū: non dico simplicif illud esse q̄ztum: sed illud esse excedēs in q̄ztitate aut excessum seu deficiens in q̄ztitate. Excedens autē τ excessum ad aliud spectat. alterum eni respicit a q̄ exceditur vel quod excedit: nō sic est de bicubito τ tricubito: quoniam horum quodlibet q̄ztitatē ipsam absolute sign̄at. ¶ Scd̄am aūt solōnē q̄ dicit falsum esse: φ magnum τ paruū: multū τ paucū sint ɔ̄ria triplici rōne confirmat. ¶ Prima est. Qd̄ per seipm non pōt sumi: sed ad alterū tm̄: caret ɔ̄rio: q̄ōlibet horū est h̄ȝ. ergo τc̄. oēs ppōnes Aristoteles tanq̄ȝ notas relinqt: τ minorē q̄dē merito: qm̄ declarata nunc est. maiorē autem qa ɔ̄ria sunt: q̄ fm seipsa sumpta ex seipsis extreme distant: τ vnde se expellere nata sint h̄nt: in eo autē φ fm seipsum sumi nō pōt: imaginabile h̄ nō est (vt in ca⁰ de ad aliqd manifestabif.) ¶ Scd̄a rō (ɔcipiēs in se ēt 3ᵃᵐ) duz ducit ad duo ipossibilia est ista. Si magnū τ paruum essent cōtraria: seq̄rentur

duo ipossia.s. & q idē nūo recipet simul duo ɔ̄ria: & q vnū & idē esset sibiipsi ɔ̄riū. & p deducit pmā ɔ̄riaz: p h q idē in eodē tpe est magnū & paruū respectu diuersoꝝ: de inde subdit ipossitatē ɔ̄ris: arguens a fortiori: ex eo.s. q̄ subā de q̄ dem est q susceptibilis est ɔ̄rioꝝ: nō pōt recipe duo ɔ̄ria simul sed successiue. nullus eni est simul sanus & eger: sed pus san⁹ postmodū eger. Scdo deducit scdaz ɔ̄itiā ibi (& eadē sibiipsi ɔ̄tingit esse ɔ̄ria) ex eo q idē est simul magnū & paruū: & oia clara sunt. Tertio pncipaliter redit ad q̄ztitates diffinitas superi⁹: & affert instantiam ostēdentē q in aliq̄ earum.s. in loco: inueniat ɔ̄rietas: & hoc ɔ̄firmat ex duob⁹. p ex auctoritate cōi phoꝝ: dicens. maxime aūt circa locū videt ɔ̄rietas: q2 ponunt sursum esse ɔ̄riū deorsum: eo q maxima distantia sit int mediū & extrema mūdi. scdo ex diffōne ɔ̄rioꝝ: q2 ɔ̄rietas maxima distantia dicit. distantie aūt nomen a locali distāntia deriuatum est ad alia: & maxime est q̄ inter sursum & deorsum est. ɔ̄rietas ergo i loco esse vi ex eo q oia alia ɔ̄rietas: ab ista oppositione diffinitionem sumpsit.

**Circa** hāc pticulā dubitat p: an sit verū in loco eē ɔ̄rietatem vt in textu dr: & si nō. q̄re Aristoteles absq3 sol'one trāsiuit. Scdo q2 non vi verum q q̄ztitati que est corpus: nihil sit ɔ̄riū: motus enim de ɔ̄rio in contrarium est: vt in 5° physicorum dr. ad q̄ztitatem aūt esse motuz ibidē expresse dr. ergo. ¶ Ad hec & silia simul dr: q q2 cum dr q̄ztitati nihil est ɔ̄rium: itelligit de q̄ztitate nuda accepta seu in eo q q̄ztitas: nihil obstat: sed q̄ztitati indute aliquā aliā rōnē ɔ̄rium inuenit: sic aūt est in oibus instantiis h⁹. loco enim absolute: alter locus ɔ̄rius non est: sed loco phico puta conseruatiuo calidi: est aliquid ɔ̄rium. & vl'r l3 esse in hoc loco sit ɔ̄rium esse in illo loco: ipsa tamē loca ɔ̄ria non sunt. vnde in q̄ztitate non est cōtrarietas: sed in vbi. Ad apparētias autē in textu adductas ad oppositū dr: q sursum & deorsum non sunt contraria rōne q̄ztitatum: sed rōne vbi & virtutum phicarū. Nomen autē distantie deriuatum esse ex locali ad ɔ̄rietatē nihil aliud concludit: nisi forte: q inter loca phica a qbus distantie nomē venit sit ɔ̄rietas: qd gratis conceditur. fm tamē veritatē distantia non vniuoce dicit: de locali & ɔ̄ria: sed analogice. ¶ Tacuit aūt Aristoteles huius ambiguitatis decisionē: q2 loci naturā fm veritatē non declarauerat: sed famaz sequit. Vel q2 simili modo pcedit obiectio hec: sicut illa de magno & paruo: respectu motus augmētationis & diminutiōis: sicut enim magnum & paruū aliqd circa q̄ztitatē dicunt magis q̄ q̄ztitatem: ita sursum & deorsum vt sunt contraria: aliqd circa loca potius q̄ loca significant. ¶ Ad scdm dubiū qd iam semisolutum est dicitur: q motus nō est ad q̄ztitatē absolute: sed vt phicam. i. vt terminū corporis phici (vt dr in pmo phicoꝝ.) & ideo q̄ztitas nō est q̄ztitati contraria: sed q̄ztitas minima in aliq̄ spē puta hoīs aut leonis &c. est ɔ̄ria q̄ztitati maxie in illa spē. maxime eni distāt respectu illi⁹ spēi: & ɔ̄tinuo motu de illa ipfecta ad pfectaz venit. Sili q3 mō soluūt obiectiōes de linea recta & curua: supficie aspa & leni: orone vera & falsa: & aliis h⁹. l3. n. nō rōne q̄zti^tis ɔ̄rietatē hēnt: s3 rōne alicuius adiuncti &c.

¶ Nō videt quātitas suscipe magis & minus vt bicubitū: neq3 eni est aliud alio magis bicubitū neq3 in numero: vt trinari⁹ qnari⁹. nihil eni magis tria dicent q̄ q̄nq3: nec tria potius q̄ tria: neq3 tempus aliud alio magis & min⁹ dicit: nec in his que dicta sunt magis & min⁹ dr: q̄re q̄ztitas non suscipit magis & minus.

¶ Hic ponit alia pprietas. s. non suscipere magis & min⁹: in qua quoniam termini declarati superius sunt: & text⁹ per se clarus est: iductiue pbās: & in ɔ̄tinuo pmanēte: & in discreto & ɔ̄tinuo successiuo: nihil addendum reor &c.

¶ Propriū autē maxime quantitatis est q & equale vel inequale dicitur. Singulum enim earum que dicta sunt quātitatū equale dicit & inequale: vt corpus equale & inequale dicitur: & tempus equale & inequale dicitur: & numerus equalis & inequalis dicit: & oratio equalis & inequalis. Similiter autē & in aliis que dcā sunt singulis equale & inequale dicit. In ceteris vo que quātitates non sunt: non multum videbit equale & inequale dici. Nāq3 affectio & dispositio equalis & inequalis non multum dicit: sed magis silis: & album equale & inequale non multum dicitur: sed simile. Quare q̄ztitatis est proprium equale vel inequale dici.

¶ Hic vltio ponit vltima pprietas q̄ztitatis: quā q2 maxie pprīā dicit: iō 2° ɔ̄firmat. p inductiōe oñdēte q h ɔ̄ueniat oi q̄ztitati: vt clare p3 in textu. 2° inductione ostendēte q aliis a q̄ztitate nō ɔ̄ueniat ibi (in ceteris vo) & iduc duas spēs q̄litatis. s. pmā & 3^am: in qb⁹ maxie posset apparē eq̄le vel ineq̄le: vt sic: si de q̄ magis vi inesse: non inest: ɔcludat q̄ nec aliis de qb⁹ mi⁹ vi. ¶ Notādū est hic q eq̄litas pōt sumi duplr. Vno mō pprie vt distinguit ɔ̄ similitudinē: & nihil aliud est q̄ relatio vnius quāti ad aliud q̄zti fm negationē excessus: hinc & inde: & sic sequit q̄ztitatē: ita q ipsa sola dicit eq̄lis vel ineq̄lis: & si qd aliud dicitur equale aut ineq̄le: nō nisi fm qd q̄ztū est dicit: appellant sīqdē duo ligna equalia: q2 q̄ztitates eoꝝ eq̄les sūt. & silr due actiōes dicunt eq̄les: q2 earum tpa sunt eq̄lia. Alio mō sumit eq̄litas trāsumptiue seu metaphorice: vt idē est q pfecta silitudo: & nihil aliud est q̄ relatio vnius se hñtis per modum q̄zti: ad aliud se hñs per modū quāti: fm negationē excessus hinc & inde. Et sic equalitas sequit q̄ztitatē similitudinarie dictā: que vocat q̄ntas virtutis: & sic eq̄litas inuenit extra genus q̄ztitatis. albedo enim vt q̄tuor in sorte: & albedo vt tria i platone: similes qdē sunt. s. q2 non perfecte assimilant eq̄les nō sunt. si autē in platone intēdatur & fiat albedo vt q̄tuor: tunc iam perfecte similes sunt: & dicunt non solum similes sed eq̄les: & silr est in aliis. Unde qm̄ eq̄litas pprie seq̄t q̄zti^tem pprie dictā: & equalitas trāsumptiue sequit quātitatem transumptiue dictā: ac per hoc velut indiuidua pprietas dicit: quot modis dicit subiectum rectissime dictum est: maxime pprium est quātitati eq̄le vel inequale dici.

AD aliqd vo talia dicunt quecunq3 hoc ipsum q sunt alioꝝ dicunt: vel q̄uolibet aliter ad aliud. Ut maius id qd est alteri⁹ dicit. aliquo eni3 maius dicit & duplū alterius dicit hoc ipsum q est. alicuius eni duplum dr. similr autē & alia quecunq3 sunt huiusmodi. At vo sunt etiā & ad aliquid vt hitus affectus disciplina sensus positio. hec eni oia que dicta sunt: hoc ipsum q sunt alioꝝ dicunt: & nō alit ad aliud aliqd. habitus enim alicuius est habitus: & disciplina alicuius est disciplina: & positio alicuius est positio.

T.c.19. T.c.10 T.c.18. T.c.36.

positio. Sed ⁊ alia quidē filr. Ad aliqd ergo sunt quecūq; ipsum ꝙ sunt aliorū dicunt: vel quōdlibet aliter ad aliud: vt mons magn⁹ dicitur ad montem aliū. magnū enim ad aliud dicit: ⁊ sile alicui simile: ⁊ oīa talia similiter ad aliquid dicunt. Sunt aūt ⁊ accubitus ⁊ statio ⁊ sessio positiones quedam. positio vō ad aliqd dicitur. iacere autē vel stare vel sedere ipsa quidem nō sunt positiōes. denominatiue vō dicuntur ex his que dicte sunt positionibus.

¶ Post p̄dicamentum q̄ntitatꝫ statim tractat de gñe ad aliqd: qm̄ q̄ntitatē maxime sequit ad aliqd: ⁊ iam in p̄dicamēto q̄ntitatꝫ sermo de ad aliqd icept⁹ est: vbi de magno ⁊ paruo disputatū est: ⁊ iterū in p̄dicamēto q̄litatꝫ: de ipso breuis est sermo: lꝫ nāe ordine: post q̄litatē ⁊ actionē ⁊ passionē sit. Tria autē in hoc tractatu facit. p̄ diffinit. scd̄o ponit ꝓprietates. 3° dubitat vt ꝓpositā diffōnē corrigat. ¶ Anteq̄ȝ aūt diffōnē declaremus ipsum diffinitū diligent̄ discutiendum est. Videndumq; cur magis ad aliquid vocet q̄ȝ relatio aut relatiuū. ¶ Sciēdum est ꝙ ꝙ (vt Porphyrius ⁊ Alexāder: Alberto teste) dicunt: Plato adinuenit ly ad aliqd. Ab antiquis nāq; vocabat relatiuū vt ipse dicit. rōnabilis aūt ac necessaria adinuentio platonis duplici rōne ostēdit. Primo ex p̄te modi significādi: q꞉ ly relatio: significat relationē: vt cōceptā ⁊ nō vt exercitā ꝑp̄ q̄ȝ ad aliud non dicit sm̄ illud nomē: sicut nec paternitas nec filiatio. ly vō relatiuū significat relatiōeȝ vt exercēdā magis q̄ȝ vt exercitaȝ. pōam enim quādā importat ad referēdum. ly autē ad aliqd relationē ipsam significat: vt exercitā: iportat siquidem respectuȝ vt terminat ad aliud: q̄ȝ est (vt sic liceat loqui) relatiōis exercitium: tūc siquidē relatio in vero ⁊ ꝓprio exercitio ponit: cū ad aliud respicē ponit. Constat autē ꝙ melius cognoscenda significat res vt exercita q̄ȝ aliter: ⁊ ꝓpterea ꝯueniēter plato nomē hoc adinuenit. ¶ Scd̄o propter rem significatā. ipsa nāq; respectus seu relatiōis natura: per ly ad aliqd: adeo ꝯueniēter ⁊ exp̄sse significat vt vnico nomine impoēe reputē posse clarius significari. relatio nāq; cum inter duo sit extrema. s. fundamētuȝ ⁊ terminuȝ: nō habet ꝙ sit relatio ex esse q̄ȝ in fundamēto possidet: sed ex eo ꝙ terminum respicit. vnde in diffōne relatiuoꝝ hic dicit ꝙ hoc ipsum q̄ȝ sunt: alioꝝ. i. terminoꝝ sunt. respicē autē terminū nescio quomō melius significet: q̄ȝ per ly ad aliqd. ly enim (ad) respectum ipm ostēdit: ⁊ ly (aliquid) terminū. Propria ergo essentia relationis que vt inferius ostēdet amplius consistit in esse ad aliud: optime per ly ad aliqd cognoscēda significata est: ⁊ longe melius q̄ȝ relatiōis nomē: q̄ȝ supradicta nō explicat: sed ipsam vt quādā rem significat: aut relatiuū q̄ȝ magis ex p̄te fundamenti ipsaȝ importat. ¶ Modo ad diffōnis expositionē veniamus: vbi tria notanda sūt. ¶ Primum est ꝙ in numero plurali plato cui⁹ creditur hec diffō dixit ad aliud talia dicunt ad insinuādum ꝙ genus hoc entis nō inuenit singularit: sed opȝ īter plura saluari fundamētum. s. ⁊ terminū. nō eniȝ est dominiū si sola potestas coercēdi est: sed si huic aliqs subditus sit: dominus ille habēs potestatē erit. Duo vō relatiua miscuit scꝫ ly talia: ⁊ ly q̄cūq; vt p̄ suaderet: ad aliqd semꝑ fundari supra accidēte aliquo (vt in 5° pꝫ metaphꝰice) est enī (ly tale) relatiuū idētitatꝫ accidētis. scd̄o aūt ly quecūq; q̄ȝ est relatiuū substātie pciperet q̄ȝ fundamētū ipsius ad aliquid: pōt esse substātia sm̄ rem: ita ꝙ ex his docemur ꝙ ad aliqd nō fundāt nisi accn̄s vel substātie aliquē accn̄tis modū induteꝫ: ⁊ h̄ approbatum est 5° metaphꝰice ab Aristotele ⁊ a. s. Tho. ¶ Scd̄m est ꝙ per hoc plato docuit cognoscē ad aliqd. s. si id q̄ȝ sunt nō absolute sūt nec sui sed aliorū sunt: ita ꝙ p̄ eē alioꝝ excludunt duo. s. ꝙ nō sunt absoluta: vt album q̄ntū ⁊ hō: ⁊ ꝙ nō sunt sui: met. i. ꝙ nō referunt ad seipsa: qm̄ h̄ est simpl'r impoēe: in hoc ergo pcipies ad aliqd si id q̄ȝ est nō absolute sed aliud aspiciendo dicit. verbi gratia. domin⁹ ad aliquid est: q꞉ id q̄ȝ est esse dn̄m: nō est res absoluta vt esse albuȝ ⁊ esse hoīeȝ: q̄ȝ ex hoc pꝫ q꞉ sortes esset hō ⁊ albus: si nihil aliud esse raut intelligeret: sed dn̄s nō esset: sed h̄ ipm q̄ȝ est alterius est. s. serui. dn̄s enim nō sui est dn̄s sed serui: ⁊ silr est in alijs. Nec obstat dictis ꝙ relatio idētitatꝫ numeralis sit eiusdē ad seipsum: qm̄ lꝫ sit eiusdē ad se sꝫ rem: nō t̄n sm̄ rōnē: que vtit vno vt duobus vt fundamēto. s. ⁊ termino (vt pꝫ in 5° metaphysice.) ¶ Tertiū est ꝙ sub disiunctiōe diffōnē complexuit dicēs: aliorum dicunt vel q̄uolibet al'r ad aliud: ꝓpter diuersuȝ modū q̄ ad aliquid exercet: ⁊ lꝫ diuersitas ista sit multiplex: ⁊ vt dicet in textu tangat: exēpla inducēdo: hec t̄n disiūctio diuersitatē illā designat: qua alia dicunt ad aliud sm̄ casuȝ genitiuū: ⁊ hoc membrū insinuauit per ly aliorum dicunt. Alia vō dicunt ad aliud: q̄uolibet al'r. i. sꝫ quecūq; aliū casum. ⁊ quouis alio mō. Proposita ergo diffōne statim declarat eā exēplariter quo ad vtrāq; disiunctiōis p̄teȝ. ⁊ p̄mo quo ad p̄mam dicēs vt maius miore maius duplū dimidij duplum dicit ⁊ sic de alijs hꝫ. Nec turberis ꝙ maius dicit ad aliud sm̄ ablatiuū: qm̄ greco idiomate scripsit Aristoteles ꝙ genitiuo pro ablatiuo vtit: deinde adhuc subdit exempla ad idem dicēs. at vō sunt etiā hec ad aliqd vt habitus effect⁹ ⁊c̄. que clara sunt nisi q̄ȝ ostendēdum restat cur hec exēpla a p̄mis sepauit. Deinde volens declarare diffōnē quo ad scd̄am partē concludendo repetit eaȝ: ⁊ statim exempla subdit scd̄e partꝫ dicēs: vt mons magn⁹ ad aliū: ⁊ simile simili dꝛ ⁊c̄. ⁊ vltio alia quedā ad aliqd enumerat: ex eo ꝙ sp̄es pōnis sunt: vt sessionē stationē ⁊c̄. ⁊ separat denoiatiua eoꝝ ab illis dicens: accūbere aūt ⁊ stare pōnes nō sunt: sed denoiationes a positiōibus sumpte: sicut nec album est albedo sed denominatiuū eius. ¶ Aduertēdū hic est ꝙ q꞉ multipliciter exercet relatio inter correlatiua: ideo tres distinctiones assignant ipsoꝝ relatiuoꝝ. Prima est ꝙ quedaȝ referunt sola flexione casuū: vt dn̄s serui dn̄s: ⁊ sile sili simile: quedā nō nisi addita ꝑpositione vel aliq̄ equiualēte: vt magnū nō dicit paruū: aut paruo magnum: sed ad paruū magnum. Scd̄a est ꝙ eorum que referunt flexione casuum: alia vniformi flexiōe hinc ⁊ inde referunt: vt duplum dimidij duplū: ⁊ dimidium dupli dimidium. Alia difformi vt scia scibilis scia: scibile aūt nō dꝛ scie: sed sciētia scibile: vt pꝫ difformitas casuū. Tertia est ꝙ coꝝ que sola flexione casuum referunt: siue vniformiter siue nō: alia sm̄ genitiuū referunt: alia sm̄ alios casus: vt patet. ¶ Quia vō nō oīa noia que significāt ad aliqd eq̄liter significāt relationē. iō ꝯsueuit fieri alia distinctio. s. ꝙ q̄dā sunt relatiua sm̄ esse. vt dn̄s duplū ⁊c̄. q̄daȝ sm̄ dici: vt sciētia sensus ⁊c̄. Que distinctio: vt scꝫ Tho. (in q̄ōnibus de potētia dei) docet nō est intelligēda sm̄ distinctionē relatōis realis ⁊ rōnis: ita ꝙ relatiua sm̄ esse sint que iportāt relationē realē: sm̄ dici vō que iportāt relationem rōnis: qm̄ pꝫ manifeste falsitas talis itellect⁹: ex eo ꝙ sensus realiter refert ad sensibile ⁊ scientia ad scibile: sed intelligēda est sm̄ distinctionē significatiōis nominū: ea enim vocant relatiua sm̄ esse q̄ iposita sunt ad significādum p̄ relationē siue realē siue rōnis: vt dn̄s duplū genus sp̄es p̄dicatū subm̄ ⁊c̄. Ea aūt vocant relatiua sm̄ dici q̄ p̄ gdē significāt rē absolutam: ⁊ ex ꝯn̄ti impor

T. c. 20

T. c. 20

Infra. t. c. 15. ⁊ 16.

Mā. 7. q. 7. ad xi^m.

tāt respectū: siue realē: siue rōnis. ⁊ talia alio vocabulo dicunt̄ significare nō tā respectū q̄ȝ absolutuȝ respectiue vt scia sensus ⁊ hȝ: scia eni formal'r iportat id q̄ scim⁹ qđ q̄litas est: sed iportat hȝ adiuncta relatiōe ad scibile ⁊c̄. ⁊ sđ ad aliqđ fm dici vocat̄: oēs aūt has distictōes Aristoteles in textu tetigit. Et hāc qdē vltio dictā signant notauit p ly: at vo sunt etiā ⁊ hec ad aliqđ vt habit⁹. adducitꝫ eni pus relatiuis fm esse. s. maius ⁊ duplū ꝯnūauit cū distinctōis tn̄ nota: ⁊ relatiua fm dici: lȝ p (ly: at vo) possit etiā denotari scđa distinctio: qm̄ habit⁹ sensus scia ⁊c̄. nō simili flexione ꝯuertunt̄. sicut maius ⁊ duplum. vt pȝ. p̄ma autē ⁊ 2ᵃᵐ. ⁊ 3ᵃᵐ in declaratiōe illi⁹ particule vel quō libet aliter ad aliud: exp̄sse tetigit. p̄mā qdeȝ in exemplo de magno. tertiam aūt in exēplo de simili: lȝ hāc in ipsa diffōne positā esse dictū sit: qđ ideo euenisse credit̄: quia genitiuus p̄cipue possessionem ostendit: ⁊ consequēter nām ad aliqđ qđ eius q̄ dicit non est sed alterius ⁊c̄.

**¶ Inest autē ⁊ ꝯrietas in relatiōe: vt virt⁹ vitio ꝯriū cuȝ sit: vtrūqꝫ ad aliquid est: ⁊ disciplina ignorantie. Nō autē omnibus relatiuis inest contrarietas: duplici eniȝ nihil est contrariū: neqꝫ enim triplici: nec vlli talium.**

¶ Hic icipit 2ᵃ ps hui⁹ capl'i diuisa in 4ᵒʳ ptes fm nūm p̄prietatū q̄s assignat: q̄ suis patebūt locis. Pria ḡ p̄prietas s. p̄prietas vocari pōt: q̄ nec oi nec soli ꝯuenit: imo nulli ꝯuenit: iquātū est ad aliqđ: vt patebit: est hīe ꝯriū: virtus eni ꝯria vitio est: ⁊ scia ignorātie parue dispōnis: ⁊ tn̄ vtrūqꝫ est ad aliqđ. Nō ꝯuenit aūt oibus relatiuis ⁊c̄. ⁊ est snia clara. Sed vnū dubiū cōe restat: quō verificet̄ in ad aliqđ repiri ꝯriū: ⁊ id qđ dcm̄ est in p̄dicamēto q̄ntitatꝫ. s. q̄ ei q̄ ad solā alterius relatiōem dr̄: quō aliqđ ꝯriū erit. Ad h̄ dr̄ q̄ relatiua fm id q̄ relatiua sunt: ꝯrietatē nō hn̄t: vt in p̄dicamēto q̄ntitatꝫ dcm̄ fuit. vn̄ signant̄ ibi dixit Aristoteles. q̄ enim nō fm se dr̄: sed ad solā alterius relatiōnē quō hēbit ꝯriū: fm illud aūt q̄ alteri⁹ generis ꝯcipiūt ꝯriū hn̄t ꝯriū vt dr̄ hic: vtus eni est ꝯria vitio: nō rōne relatiōis: sed q̄litatꝫ quā in aia ponit. dupluȝ autē nec rōne relationis: nec q̄ntitatꝫ quā sequit̄: q̄r q̄ntitati nihil est ꝯriū: ꝯrietatē patit̄. vnde pōt breuit̄ dici q̄ relatiua formal'r non hn̄t ꝯriū sed mal'r: vel relatiua fm esse carent contrario. relatiua aūt fm dici possūt habere contrarium. vnde dedit exemplum Aristoteles de virtute ⁊ scientia que sunt relatiua fm dici ⁊c̄.

**¶ Uidenf aūt magis ⁊ min⁹ relatiua suscipe. simile enim magis ⁊ minus dicit̄: ⁊ inequale magis ⁊ minus: cum vtrūqꝫ sit relatiuū: simile enim alicui simile dicitur: ⁊ inequale alicui inequale. nō autem omnia relatiua suscipiunt magis ⁊ minus. duplex etenim non dicit̄ magis ⁊ minus duplex: nec aliquid talium.**

¶ Hic ponit̄ scđa q̄rūdā relatiuoꝝ cōitas. s. suscipe magis ⁊ min⁹: circa quā p̄cedit. sic circa p̄cedētē dicens. p̄ q̄ h̄ ꝯuenit relatiuis: vt sili ⁊ dissimili ⁊c̄. ⁊ subdēs 2ᵒ q̄ nō cōuenit hoc oibus relatiuis. nō eni dicit̄ magis: aut minus duplū: aut triplum ⁊c̄. ⁊ textus qdem clarus est. ¶ Sed vnū relinquit̄ dubium: an suscipe magis ⁊ min⁹ ꝯueniat relatiuis rōne relatiōis: an rōne funda ͭⁱ: sic hr̄e ꝯriū. Si. n. dicat̄ q̄ rōe relatiōis: q̄ erit maior rō de vno relatio q̄ȝ de alio nō apparet. Si rōne fundamēti: tunc sequeret̄ q̄ si fundamētū nō suscipit magis ⁊ minus: nec ipm relatiuū suscipiet magis ⁊ min⁹: qđ est manifeste falsūȝ. eq̄le eniȝ ⁊ ineq̄le suscipiūt magis ⁊ min⁹: ⁊ tn̄ q̄ntitas supra quā fundant̄ non suscipit magis ⁊ min⁹: ⁊ dictuȝ fuit. ¶ Ad hoc dr̄ q̄ suscipe magis ⁊ minus ꝯuenit relatiuis ratiōe fundamenti: sed hoc cōtingit dupliciṫ. Uno modo ita q̄ ex magis ⁊ min⁹ in fundamento relatiuū dicat̄ magis ⁊ minus: vt summo calido: quāto aliqđ est magis calidū: tāto est magis simile. Alio mō ita q̄ ex aliqua varietate seu alteritate fundamēti relatiuū dicat̄ magis ⁊ minus. ⁊ hoc modo inequale dicit̄ magis ⁊ min⁹: ex eo q̄ q̄ntū variat̄ fm maius ⁊ min⁹. hoc etiā modo simia dicit̄ aial magis sil'e homini q̄ȝ asin⁹: p̄pter varietatē aialis fm diuersos modos essendi in hoc ⁊ in illo: ⁊ nō q̄r aial suscipiat p̄prie magꝫ ⁊ min⁹. Nec est mirū si relatiuū suscipit magis ⁊ min⁹ rōne fundamēti: ⁊ fundamētuȝ nō suscipit magis ⁊ min⁹: qm̄ sermo iste de magis ⁊ min⁹ logice intelligēdus est. i. de p̄dicatiōe cū ly magis: aut min⁹. physice eniȝ loq̄ndo ꝯstat ad relatiua nō posse motū aliquē terminari: ⁊ ꝯsir nec motū itēsiōis ⁊ remissiōis: q̄ fit magꝫ aut min⁹ physice. Nec te moueat qđ in textu dr̄: eq̄le dici magis aut min⁹: accipiēdū est. n. h̄ de eq̄li fm reputatiōnē. reputant̄ enim eq̄lia nō solū que nullo mō se excedūt: sed que parū qđ excessus hn̄t: ⁊ ifra illā paruā latitudinē: magꝫ vel min⁹ eq̄le dr̄. sic etiā vtus q̄ ꝯsistit i attigēdo mediū. si circa mediū attigit vtus nihilomin⁹ ē ⁊c̄.

**¶ Omnia aūt relatiua ad cōuertētiam dicunt̄ vt seru⁹ domini seru⁹ dicit̄: ⁊ dn̄s serui dn̄s: ⁊ duplū dimidij duplum: ⁊ dimidium dupli dimidiū: ⁊ maius minore maius: ⁊ minus maiore minus. similiter autem ⁊ in alijs. Sed casu aliquotiēs differūt fm locutionem: vt disciplina disciplinati disciplina: ⁊ disciplinatū disciplina disciplinatuȝ: ⁊ sensus sensati sensus: ⁊ sensatum sensu sensatum. At vo nō aliquotiens videbit̄ conuerti: nisi cōueniēter ad qđ dicit̄ assignet̄. Si enim peccetis qui assignat: vt ala si assignetur aui: nō ꝯuertitur vt sit auis ale. neqꝫ enim prius cōueniēter assignatuȝ est ala auis: neqꝫ in eo q̄ auis est: in eo auis ala dicit̄: sed in eo q̄ alata est. Multoꝝ enim ⁊ aliorū ale sunt que non sunt aues. quare si assignētur cōueniēter ⁊ ꝯuertit̄: vt ala alati ala: ⁊ alatū ala alatum. Aliquotiēs aūt forte ⁊ nomina fingere necesse erit. si non fuerit positū nomē ad quod conueniēter assignet̄: vt remus si nauis assignat̄ nō erit cōueniēs assignatio. neqꝫ enim in eo q̄ est nauis: eius remus dicit̄. sunt enim naues quarū remi nō sunt. quare nō cōuertit̄. nauis enim nō dicit̄ remi nauis. sȝ forte ꝯuenientior assignatio erit. si sic quodāmodo assignet̄: remus remite ~~rēmi~~ rem⁹: aut aliquo modo aliter dictū sit. nomē enim non est positū. conuertit̄ aūt si conueniēter assignet̄. remitū enim remo remituȝ est. Sil'r autē ⁊ in alijs: vt caput conuenientius assignat̄ capitati: q̄ȝ si animali assignet̄. neqꝫ eniȝ in eo q̄ animal est caput habet. multa enim sūt aialia capita nō habētia. Sic autēȝ facilius fortasse sumetur**

mef qb⁹ nomē non est positū si ab his que pri
ma sunt: ⁊ ab his ad que conuertunf nomina
ponātur: vt in his que dicta sunt ab ala alatū:
a remo remitiū. Omnia ergo que ad aliquid
dicunf si conuenienter assignentur ad conuer
tētiā dicuntur. Nam si ad quodlibet aliud as/
signenf ⁊ nō ad illud dicanf: nō conuertunf.
Dico aūt quoniam neq₃ horū que indubiāt
ꝯuertibilia dicunf: ⁊ nomina eis posita sunt:
nihil cōuertif si ad aliqd eorū que sunt accidē
tia assignenf: ⁊ nō ad ea que dicunf. vt seruus
si dn̄i nō assignef seruus. sed hominis vel bi/
pedis: aut alicui⁹ talium: nō conuertitur. non
enim erit conueniens assignatio. Alius si con
uenienter assignef ad id ad qḋ dicif oīb⁹ alijs
circūscriptis quecūq₃ accidētia sunt: relicto so
lo illo ad qḋ assignatū est: semper ad ipsum di
cetur. vt si seru⁹ dicaf ad dominum circunscri
ptis oībus que sunt accidentia dn̄o: vt esse bi/
pedem: vel scientie susceptibilem: vel hoiez.
relicto vo solo dn̄o: semper suus dicetur ad
ipsum. seru⁹ enim dn̄i seru⁹ dicif. Si autez nō
conuenienter dicatur ad id ad qḋ dicif: circū/
scriptis oībus alijs: relicto illo solo ad qḋ red
ditū est: non dicif ad illud. assignaf enim ser/
uus hoīs ⁊ ala auis: circūscribaf ad hominē
esse dn̄m: nō iam seru⁹ ad hominē dicitur. cū
enim dn̄s nō sit: seru⁹ non est. Similiter autē
⁊ de aue: adimaf ab ea alatam esse: ⁊ amplius
nō erit ala ad aliqd: cū nō sit alatū: nec ala erit
alicui⁹. Q̄re oportet assignari ad id ad qḋ ꝯue/
nienf dicif: ⁊ si sit nomē positū facilis erit assi/
gnatio. si autē nō sit: fortasse erit necessariū fin
gere nomē. si autē sic reddanf: manifestū est
quoniam omnia relatiua conuersim dicunf.

¶ Hic ponif vera relatiuoꝝ ꝓpetas. s. dici ad ꝯuertētiaz
quā q₂ Aristoteles in textu clare ⁊ diffuse ptractat. non
op₃ textū glosando declarare: sed tm̄mō distīguē textus
pticulas: ⁊ qd noīs ꝯuertētie apire: ꝓponit ḡ p̄ relatiuoꝝ
rū ꝓpetatē dicēs. oīa aūt relatiua ad ꝯuertētiā dicunf: ⁊
exēplarif declarat: vt duplū dimidiu duplū dr̄: ⁊ ꝯuertif:
q₂ dimidiū dupli dimidiū dr̄ ⁊c̄. Et qm̄ nō eodē mō oīb⁹
h̄ ꝯuenit relatiuis. iō ostēdit 2° ibi (sed casu) duos eē mo
dos qb⁹ relatiua dicunf ad ꝯuertētiam. Prim⁹ est s̄m si
milē casum cui⁹ exēpla posita sunt. Scd̄s est s̄m dissilē₃
casum de q̄ dicit. sed casu aliq̄tiēs differūt s̄m locutionez
vt scia scibilis in genitiuo scia dr̄. scibile autem dr̄ scia in
ablatiuo scibile ⁊c̄. Quia vo hec ꝓprietas ꝯuenit his q̄
vere relatiua adiuicē sunt: ⁊ nō alijs: ac per h̄ nō ꝯuenit
alicui relatiuo: nisi respectu sui ꝓprij correlatiui: op₃ di/
ligēter attēdē vt vnūqḋq₃ relatiuū ad suū ꝓpriū corre/
latiuū referam⁹. si eni hoc nō fecerimus: ꝯtinget q̄ vide
bif ꝓprietas ista nō vlīter ꝯuenire relatiuis: qm̄ qn̄ re/
latiuū nō assignabif ad suū ꝓpriū correlatiuū: non dicef
ad ꝯuertentiā. Sed hoc accidet nō ex defectu istius pro
prietatis: sed ex errore nostro ex quo ꝓcessit incōpetens
assignatio ei⁹ ad qḋ dicif relatiuū. relatiuū eni nō dicif
ad ꝯuertētiā cuiuscūq₃: sed eius tm̄ ad qḋ ꝓprie termiaf
idest correlatiui. Ad explicādū ḡ hec duo. s. q̄ relatiuū
dr̄ ad ꝯuertentiā: nō cuiuscūq₃ sed termini ꝯuenienf assi/
gnati. Et quō in hoc ꝯtingat errare ⁊ cauē totū residuū
sermonis facit. Unde tertio ibi (At vo nō aliquotiēs vi/
debif cōuerti.) ondit quō ꝯtingat appere falsam dictā ꝓ
prietatē: ꝓp peccatum qḋ fit in assignatione eius ad qḋ
dicif relatiuū: ⁊ dat exēplū de hoc relatiuo ala respectu
auis cui male assignaf: q₂ debet assignari alato. ala eni₃
alati est ala. vn̄ ⁊ ꝯuertif alatū ala alatū: ⁊ q₂ p̄dict⁹ er/
ror ex duplici cā nasci pōt. s. ex ignorātia applicationis
vt dcm̄ est de ala: ⁊ ex penuria vocabuloꝝ. ideo necessa/
riā cautelā contra hāc scd̄am cām. Quarto apponit ibi
(Aliquotiens autē forte ⁊ noīa fingere) ⁊ oīa clara sunt
in textu: nisi q̄ curioso nouitio dūm est: aīalia sine capite
esse cōcbilia: hn̄tia aūt alas ⁊ nō auea: esse muscas apes
vespas ⁊c̄. Et vt facilius possit qs sibi ab hoc errore ca/
uere. In qnto ibi (Sic autē facilius.) clarū documētum
fingēdi noīa que sint ꝓpria correlatiua: eorū qb⁹ volu/
m⁹ recte ea ad q̄ referūf assignare. tradit sexto ibi (Oīa
ḡ que ad aliqd dicunf.) excluso iā errore: ⁊ cautelis ad/
hibitis: reddit ad ondendū supradictū sensum assignate ꝓ
ꝓetatis. s. q̄ relatiua dici ad ꝯuertētiā nō itelligif cū quo/
cūq₃: aut cuiuscūq₃: sed sui ꝓprij termini ad quē dr̄: ⁊ si/
mul ondit q̄₃ necīa sit ꝯueniēs assignatio eius ad qḋ dr̄.
Et ostēdit hec per locū a maiore: ex eo. s. q̄ in his q̄ idu/
bitanf ad ꝯuertentiā dicunf: ⁊ noīa iposita hn̄t: nō īnue/
nif dici ad ꝯuertētiā: nisi cōueniēs sit assignatio eius ad
qḋ dr̄. Ubi tria tacta relatiuoꝝ gn̄a insinuauit: quedam
de quib⁹ dubitaf an sint cōuertibilia: vt ala de qua dcm̄
est q̄ videbatur nō ꝯuerti: quedā inoiata quo ad termi/
nū: vt remus: q̄dam ⁊ noiata ⁊ ab oībus ꝯcessa absq₃ du
bio cōuertibilia: vt dn̄s duplū maius ⁊c̄. Si ḡ in istis oz
ꝯuenientē terminū assignare ad saluādā ꝯuertētiā a for
tiori ⁊ in alijs op₃ hoc fieri. 7° ibi (Amplī⁹ si ꝯuenienf.)
tradit canonē vlē₃ quo absq₃ errore semp cognosci pos/
sit cōueniēs cuiq₃ relatiuo termin⁹: ⁊ est talis. tūc est ter
min⁹ ꝯueniēs qn̄ illo solo relicto ceteri circūscriptis est
ad qḋ dicif relatiuū: ⁊ per oppositū. tunc non est ꝯuenie
ter termin⁹ assignatus: qn̄ ceteris circunscriptis ⁊ illo
solo relicto: nō est id ad qḋ dr̄: ⁊ exēpla clara sunt in textu.
Intēdit aūt p ly accn̄ats in hac q̄₃ in imediate p̄cedente
pticula: non accidētia. i. quātitatē qualitatē ⁊ cetera ac/
cidētiū gn̄a: neq₃ accidētia. i. p̄dicata accn̄talia: sed acci/
dantia. i. oīa illa ꝯiuncta: que sunt extra rōnē formalem
illius: siue illud ꝯiunctū sit substātia: siue ꝓpriū ⁊c̄. Un
de accidentia serui sunt esse hoīem: esse album: bipedē₃
quantū: qm̄ nihil horum est in rōne serui vt sic. Ultimo
ibi (Quare op₃ assignari ad id ⁊c̄.) epilogando conclu/
dit p̄ncipale intentū. s. oīa relatiua dici ad conuertētiā.

Pro declaratione aūt illius termini ꝯuertentia: notandum est ex magno Alberto q̄ h̄ tria. s. ꝯuersio ꝯuertibilitas ⁊ conuertētia: sic differūt apud logicos: q̄ ꝯuersio passio est ꝓpositionū ⁊ ꝯsistit in trāspōne subiecti ⁊ p̄dicati: ⁊ distinguif in trea spēs. s. simplr̄ p accn̄s ⁊ ꝯpositionē. vt p₃ in Prioꝝ. (Cap. 2.) Cōuertibilitas aūt est passio terminoꝝ: ⁊ ꝯsistit in mutua ꝯsecutione eoꝝ: ⁊ diuidif in duas spēs. s. substātialē ⁊ nō substātialē (vt p₃ in p̄mo Topicoꝝ.) (Cap. 4.) Conuertētia aūt ꝯsistit in mutuo aliq̄ꝝ respcū. ⁊ iō est passio relatiuoꝝ: ⁊ hic ab Aristotele quot modis fiat ostensum est. Relatiuū ergo dici ad conuertētiā est ipsum: ita dici ad aliud q̄ ꝯuertat aliud: ad dicendum ad se. Dn̄a enim ideo dicitur ad conuertentiam serui: q₂ seruum conuertit: vt dicaf dn̄i seru⁹: ⁊ similiter est ex parte serui ⁊c̄.

¶ Videntur autẽ ad aliqd simul esse natura ⁊ in alijs quidem pluribus verum est: simul enim duplum est ⁊ dimidiuz: ⁊ cum sit duplum dimidiũ est: ⁊ cũ sit seruus dominus est. Similiter aũt his similia. simul enim auferũt sese inuicẽ. Si enim non sit duplũ non est dimidium: ⁊ si nõ est dimidiũ non est duplũ. similiter autem ⁊ in alijs quecunq̧ talia sunt.

¶ Hic ponit alia vera relatiuorum ꝓprietas. s. esse simul nã. Circa quã Aristoteles sic ꝓcedit: qr p̃ ꝓponit ꝓprietatẽ ⁊ declarat ita esse in multis relatiuis. scd̃o dicit ꝙ ista ꝓprietas nõ videtur conuenire oibus relatiuis. ¶ Notandũ est hic pro notitia terminorum ꝙ esse simul nã: lz superficietenus loquẽdo: importet aliqua esse simul in esse ⁊ nõ esse: seu in ortu ⁊ occasu. ⁊ per hoc iporteat ꝙ si vnum illorũ sit: reliquũ quoq̧ sit: ⁊ si alterũ perimitur reliquum perimi. ⁊ ista declaratio huic loco satisfacẽ videatur: quoniã vt patebit: ex his ꝓcedet tã ꝓx̃ quã ꝯ: sm tamẽ veritatẽ plus significat. vt enĩ patet ex postp̃dicamẽtis: esse simul nã: importat duo. s. simultatẽ cõseq̃ntie supradictã: ⁊ negationẽ causalitatis. i. ꝙ neutrum alterius causa sit. homo enim ⁊ risibile: ⁊ si sint simul sm ortũ ⁊ occasum. nõ tñ sunt simul nã: qr vnuz est causa alterius. duplũ autẽ ⁊ dimidiũ: ⁊ ꝯsequunt se in esse ⁊ non esse: ⁊ neutrũ est alterius cã: ⁊ ideo merito simul nã sunt. Et hoc est attẽte notãdum: qr non est ab oibus ꝓceptuz. ¶ Lr vero ad aliqd siue relatiua: põt accipi dupl'r. s. mãliter pro re illa q̃ relatiua vel ad aliqd denoiatur: ⁊ formal'r pro ipsa relatiõe: seu re vt hz relationẽ. vbi gr̃a. dñs põt accipi pro illo homie qui denoiatur dñs: ⁊ põt accipi pro illo inq̃ztũ dñium hz: in ꝑsenti autẽ lr̃a sicut ⁊ in p̃cedẽte: nõ est sermo de relatiuis mãliter sed formal'r: qm̃ relatiua mãliter relatiua nõ sunt: sicut nec statua mãl'r est statua. Et hoc est valde ⁊ nouitijs aduertẽdũ: qm̃ ex hoc soluunt oẽs obiectiones: de p̃ori ⁊ posteriori: causa ⁊ causato ⁊c. hec enim oia formal'r sunt sil' nã: lz mãliter vnuz eorum sit alio p̃us tẽpore: aut nã. Est ergo sensus ꝓprietatis ꝙ relatiuis formalit' seu inquãtũ relatiua sunt: cõuenit esse simul nã. i. conseq̧ se in esse ⁊ non esse: ita ꝙ neutrum causa alterius sit. Declarat ergo Aristoteles ꝓpositã ꝓprietatez: ex p̃ma tm̃ ꝯditiõe simultatis nãe. s. ꝙ ponũt se inuicẽ: ⁊ ꝙ auferũt se inuicẽ. Unde quo ad positionẽ dicit cum duplum est dimidium est ⁊c. quo ad ablationem vero subdit. Et si non sit duplum non est dimidium ⁊c. est sententia clara ⁊c.

¶ Non autem ⁊ in omnibus relatiuis verũ videtur esse simul esse natura. scibile enim scientia prius nãliter esse videtur. Nãq̧ in pluribus rebus subsistentibus sciẽtias accipimus. In paucis vero vel nullis hoc quis reperiet simul cũ scibili scientiam esse. Amplius scibile sublatũ simul aufert scientiam. scientia vero nõ simul aufert scibile. nam si scibile non sit: nõ est sciẽtia. sciẽtia vero si nõ sit nihil prohibet esse scibile: vt circuli quadratura si est scibilis: scientia quidem eius nõdum est. illud vero scibile est. Amplius animali quidẽ sublato non est scientia. scibilium vero plurima esse contingit.

¶ Hic scd̃o ꝓponit ꝙ dcã ꝓprietas nõ videtur ꝯuenire omnibus relatiuis. ⁊ intẽdit h̃ ostẽdẽ in duobus pibus relatiuorũ. s. in scia ⁊ scibili: ⁊ in sensu ⁊ sensibili: ⁊ in scia ⁊ scibilibus rõnibus. Quarũ p̃ma statim subditur: ⁊ est hec. Sciẽtia vt plurimũ fit nobis rebus scibilibus iã p̃existibus. ḡ scibile est p̃us scia: ⁊ nõ simul cũ ea: añcedens est euidẽs: subsistẽtibus nãq̧ p̃us in seipis rebus venamur sciam: ⁊ qr in añcedẽte dixerat nõ vl'r ꝙ scia fieret rebus p̃existibus: sed vt in pluribus. ideo ad declaratõnẽ illius particule subdit. in paucis vero vel nullis repiet q̃s sciẽtiã simul factã cuz scibili. Qd̃ a diuersis diuersimode exponitur: a Boetio quidẽ sic: in paucis. i. in chimericis vel nullis. qr ipsa chimerica nulla scibilia sunt. Ab Alberto autez: in paucis. i. in moralibus: vel nullis: qr ipsa moralia: vt ꝯcepta p̃cedũt sciam: lz nõ p̃cedãt ipsa tu in esse: sed potius sequantur: sm vtrãq̧ ergo expõnẽ dixit pauca: pp ea que ex nr̃i intellectus ope fiunt. Et addidit nulla: correptiue. i. ad corripiẽdum: ly pauca. Posset aũt nõ incõgrue eãdẽ ꝯstructiõez seruando dici: ꝙ pauca retuli vl'r ad oia practica vt sic: qm̃ sine intellectu nõ sunt: ⁊ nulla pp esse obiectiuũ eorum addiderit. vt Albertus dixit. Scd̃a vero ratio posita ibi (Amplius scibile sublatũ) est talis: scibile ꝑemptũ: perimit sciam: ⁊ nõ econuerso. ergo scibile nõ est simul natura cũ scia: antecedẽtis declaratio quo ad primã partem in textu non ponitur: sed iaz posita est in capl'o de suba. vbi dcm̃ est ꝙ ab eo qd̃ res est vel nõ est oratio dicitur vera vel falsa. ⁊ ꝯñter scientia que de oõne est: scientia aũt falsa: scia nõ est. sicut nec aurũ falsum auruz est. Quo ad scd̃az vero ptẽ declaratur: qr quadratura circuli nõ aufertur: ex eo ꝙ scia de illa non est. Tertia posita ibi (Amplius animali qdẽ sublato.) est talis: sublato genere animaliũ sublata est omnia scia: ⁊ tñ remanet scibile. ergo scibile non est simul cum scientia: añcedẽs euidens est quo ad oia: qr ois scientia est in aliq̃ animali: ⁊ aĩalia non sunt oia entia mundi. remanẽt enim lapides ⁊ elementa ⁊c.

¶ Silr aũt his hñt sese ⁊ ea q̃ de sensu sũt. Sẽsibile enim prius q̃z sensus videtur esse. sublato enim sensibili simul aufert sensus. sensus vero sensibile nõ simul auferũt: sensus enĩ circa corpus ⁊ in corpe sunt. sensibili autez perempto peremptũ est ⁊ corpus. sensibile enim corpus. cũ vero corpus nõ sit sublatus est sensus. Quare simul aufert sensibile sensum. sensus vero sensibile nõ. animali enim perempto sensus qdez peremptus est: sensibile aũt permanet: vt corpus calm dulce amarũ ⁊ omnia alia quecũq̧ talia sunt. Amplius sensus quidem simul cuz sensitiuo fit. simul enim animal fit ⁊ sensus. Sensibile enim ante est q̃z sensatuz esset. Ignis. n. ⁊ aqua ⁊ alia huiusmodi ex quibus ipsum animal ꝯstat: ante sunt q̃z aĩal sit oĩno vel sensus. quare prius sensibile q̃z sensus eẽ videtur.

¶ Ostẽso ꝙ scia ⁊ scibile nõ sunt simul natura: ostẽdit hic ꝙ sensus ⁊ sensibile nõ sunt simul na: duabus rõnibus. Prima est sensibile sublatũ aufert sensum ⁊ nõ econuerso. ḡ sensibile est p̃us sensu: ⁊ declarat añs: quo ad vtrãq̧ partẽ. ⁊ p̃mo q̃ ad p̃mã sic: ꝑempto sensibili perimitur corpus: qr omne corpus est sensibile ꝑempto corpe perimitur sensus: qr ois sensus est in corpe tanq̃z in subto: ⁊ circa corpus tanq̃z obm. ḡ ꝑempto sensibili perit sensus. Deinde quo ad 2[m]: qr ablatio sensus nõ aufert nisi aĩal. ablatio aũt aĩalis nõ aufert oẽ sensibile. remanẽt enim corpa calida ⁊ frigida q̃ sensibilia sunt. Scd̃a aũt ratio posita ibi (Amplius sensus qdem) est talis: sensibile est p̃us aĩali,

ergo

Cap. de simul.

Cap. de suba.

ergo est prius sensu. ꝯñtiā pbat: qꝛ sensus simul fit ⁊ est cū
sensato. i. cū aiali in quo est sensus: generant. n. vires sen
sitiue qñ generatur ipsuz aial. Et puto ꝙ lr̃a sit corrupta: ⁊
debeat legi cū sensitiuo. añcedēs āt pbat: qꝛ corpora sen
sibilia. s. ignis aqua ⁊ alia hmōi priora sunt ꝙ̃ aial: qm̄
sunt ea ex qbus cōponit aial: ꝯstat siqdē ꝙ partes ex q
bus cōponit aliquod totū: sunt priores nālr ipso toto.

**Sed occurrit** hic dubiū an ita sit fm veritatez .s. nō oia relatiua esse simul nā: ⁊
si verū nō est: cur Aristoteles tā accurate ptē falsam pro
secutus fuerit: ⁊ absqꝫ vitaris decisione reliqrit. Ad hoc
dr: ꝙ vlr verū est oia correlatiua eē simul nā. s. formalr.
i. inquātū relatiua sunt ꝯsiderent. nō aūt si mālter: ⁊ qꝛ
rōnes Aristotelis in textu nō cōcludunt nisi oe relatiuis
mālter cōsideratis. iō nō curauit soluere. vñ res sensibi
lis est prior sensu: sꝫ sensibile inquātū sensibile nō ē prior
sensu. ⁊ silr de scibili. ¶ Sꝫ hec rñsio puerilē pscrutatio
nē sollicitudini Aristotelis attribuit. tū qꝛ nullus est ita
rudis: quē lateat relatiua mālter sumpta nō eē simul nā
Tū qꝛ maior erat inducēdi cāpus: ⁊ manifestior. s. de pa
tre ⁊ filio: cā ⁊ causato ⁊c̃. in qb⁹ clare liquet vnū pcede
re reliquū. Tū qꝛ relatiua mālter: vt dictū ē: relatiua nō
sunt: ⁊ ꝯñter vanū: aut puerile est relatiuoꝝ ppᷣietates
scrutādo: illa relatiua assercre. cōstat aūt ꝙ Aristoteles
asserit scibile ⁊ sciam relatiua. Vñ pdicta rñsio Porphy
rio ⁊ Alberto attribuēdo nō ē: vt sonat: sed exposita vt
dicetur: qm̄ nō est verisimile Porphyriū hec nō aduertis
se: ⁊ Albertū constat: que dicemus tetigisse in hoc loco.
Dicēdū ergo est ad hoc duab⁹ ppositionibus. Prima ē:
oia relatiua si vere ⁊ pprie assignent sunt simul nā. Se
cūda est: quedaz relatiua nō sunt siꝉ nā: qꝛ nō sunt pprie
assignata: vt scibile ⁊ scia: sensibile ⁊ sensus ⁊c̃. pma pro
batur sic: oia relatiua recte assignata dicūtur ad ꝯuertē
tiā. ergo oia talia sunt simul nā: deducit ꝯñtia: oē relati
uum dr ad cōuertētiā eius ad qd̄ dr. ergo posito quocū
qꝫ relatiuoꝝ ponit id ad qd̄ dr: ⁊ nō soluz ponit sꝫ ꝯuer
tit sua relatione ad illud: aliter relatiua nō dicerent ad cō
uertētiā. tūc vltra: posito quocūqꝫ relatiuorū reliquū po
nit ⁊ cōuertit ad ipm. ergo sunt simul natura. hoc enim
est eē simul nā. vt pꝫ ex dictis: psupposito semꝑ ꝙ neutꝝ
sit cā alterius. vñ Albert⁹ hic dicit ꝙ ex illa proprietate
fluit ista. Ampli⁹ vnū relatiuoꝝ claudit in rōne sui ppriꝫ
correlatiui ⁊ ecōuerso. ergo sunt simul nā: antecedens a
Porphyrio habituz est ⁊ iferius habebit. ꝯñtia pꝫ: qm̄
diffinituz nō pōt absqꝫ diffinientibus esse: qd̄ accideret si
relatiua nō eēnt simul nā: qm̄ vtrūqꝫ alterius est diffiniti
uuz. ¶ Ad euidentiā aūt secūde ppōnis: sciendum est ꝙ
defectus in assignādo relatiua ꝓuenit ex eo ꝙ ea que di
cunt fm potētiaz assignant referri ad ea que dicūtur in
actu aut habitu: vel ecōuerso. debet eni relatiuū qd̄ attē
ditur fm potētiā dici ad alteꝝ fm potētiam: vt calefacti
uuz nō dꝫ dici ad id qd̄ calefit: sed ad calefactibile: ⁊ ecō
uerso. ⁊ similr id qd̄ attēdit fm actū. ad alterū fm actū
vt calefaciens ad calefactū. i. qd̄ calefit dicit ⁊ ecōuerso.
⁊ silr est in his que attēdūtur fm habitū: qui medius est
inter potentiam ⁊ actum. Unde qꝛ scibile attenditur fm
potentiā non recte assignat si ad scientiam assignat: que
actum aut habituz noiat: sed scibile ad scitiuum assigna
ri dꝫ: scitū aūt ad scientiā: sed qm̄ caremus noibus pro
priis ⁊ simplicibus singulorū statuū. s. rei fm potentiam
habitū ⁊ actū. ⁊ ideo vtimur vno loco alterius. qꝛ enim
caremus noie significante scibile in habitu vocamus il
lud qñqꝫ scibile ⁊ qñqꝫ scitum: medium ex extremis ap
pellando: qm̄ vtrūqꝫ extremoꝝ quodāmodo est: ex hac
itaqꝫ penuria: ⁊ accōmodatione vocabuloꝝ factuz est: vt
aliqua relatiua priora aliis sint nō simul cum eis: illa. s.
que dicunt fm potentiam illis que dicunt fm actū aut
habitū: qd̄ vt pꝫ ex dictis nō eueniret si bene ⁊ pprie as
signata relatiua essent. Si enim cōueniens assignatio fie
ret: vnuz prius alio non eēt. Scibile enim scitiuo prius non
est: lꝫ sit prius scientia. ⁊ silr sensibile sentiuo prius nō est:
lꝫ sit prius sensu: qui actū aut quasi habitū noiat. Quia er
go nō solū res scibilis: sed etiam ipsuz scibile est pri⁹ sciē
tia. ⁊ silr nō solū res sensibilis: sed ipsuz sensibile est prius
sensu. Et fm cōmunem vsum correlatiua dicuntur. ideo
Aristoteles dixit ꝙ non videt cōuenire oibus relatiuis
esse simul natura. ¶ Quia vo pscrutatio declarate nūc
veritas depēdet ex natura potentie ⁊ actus. quoꝝ inten
tio famosa nō est: sed occulta valde. ideo Aristoteles fa
moso sermone ꝯtētus hic: absqꝫ subtiliori pscrutatiōe p
transijt (vt Auer. optime dixit) ⁊ hec est rñsio ab antiqs
expositoribꝰ data. vt Auer. testat. ⁊ hāc credēdū est Por
phyriū ⁊ albertū breuiter ptulisse: qm̄ qd̄ dicūt. s. rē sci
bilez pcedere sciaz nō autē ipsaz rē vt stat sub forma sciē
tie: sensus huiꝰ capax est: qm̄ glosabit sic res scibilis vt
stat sub forma sciētie in potētia nō est prius sciētia in potē
tia: ⁊ vt stat sub forma sciētie in actu est simul cū sciētia i
actu: ⁊ vt stat sub forma scie i habitu nō est prius sciētia in
habitu: ⁊ sic ppoitionaliter itelligēdo: nihil aliud ꝙ̃ sen
tētiā declaratam dixerūt: expresse quoqꝫ sniam hanc. s.
Tho. in prima pte. q. 13ª. arti. 7°. ad vltimū. dixit. vbi vl
tra predicta tradidit regulā ad discernēdū relatiua q̄ nō
sunt simul nā ab his que sunt simul nā dicēs: ꝙ simultas
aut prioritas nature in relatiuis nō attēdit fm ordinem:
aut simultatez rerū que dicūtur relatiue: sed fm mutuā:
aut nō mutuā inclusionē ipsoꝝ in significādo: si eniz vnū
claudat in suo itellectu alterū ⁊ ecōuerso. tūc sunt simul
nā: vt dñs ⁊ seruus ⁊c̃. Si autē vnū includat in suo intel
lectu alterū ⁊ nō ecōuerso. tūc nō sunt simul nā: sed id qd̄
nō includit alterū est prius: vt scibile ⁊ sciētia. scia enim
includit scibile: qꝛ nō est scientia nisi ei⁹ qd̄ sciri pōt. sci
bile aūt nō icludit sciētiā: quia scibile est absqꝫ eo ꝙ scia
sit. ¶ Nec turberis audiens aliquā esse relatiua: que nō
se mutuo in suis rationib⁹ claudunt: qm̄ de relatiuis fm
cōez famaz ⁊ vsuz etiā sapiētū sermo est: ⁊ appellant re
latiua que pprie relatiua nō sunt. s. scibile ⁊ scia ⁊c̃. Nec
mouearis qꝛ dixit sciētiā includere scibile in suo intelle
ctu ⁊ nō ecōuerso: ppea ꝙ vnicū relatiuū non includit in
suo intellectu duo correlatiua: ⁊ cōsequēter cum habeat
propriū correlatiuū. s. scitū in habitu nō includet scibile.
Scire eniz opꝫ: ꝙ includere i suo itellectu aliqd nō vno
sed plurib⁹ modis dicit: ⁊ sciētia qdē includit ppriū cor
relatiuū primo. includit autē scibile presuppositiue. scia
enim primo est sciti fm habitū. i. eius qd̄ cū volumus cō
tēplari possum⁹: ⁊ qm̄ nihil ē tale nisi sciri possit: qm̄ nō
scibile nullus nosse pōt. iō scientia psuppositiue includit
scibile: scibile autē qm̄ dicit fm potētiā: neutro mō inclu
dit sciētiā: sed scituū qd̄ est prius sciētia. Oia ergo rela
tiua que fm veritatē sunt pprie assignata: sunt simul nā:
⁊ nihilominus relatiuoꝝ qbus vtimur: quedā non sunt
simul nā. ¶ Sed dignū qōne remanet si Aristoteles in
tēdebat nō solū rem scibilē: sed scibile opponere relati
uis ꝙ nō sint simul nā: cur in rōnib⁹ qs adducit nō loqt
nisi de reb⁹ scibilibus ⁊ sensibilib⁹: ⁊ eas pbat esse prio
res sciētia ⁊ sensu: cū debuissꝫ ex eoꝝ potiꝰ significatōib⁹
⁊ rōnib⁹ pcedere. ¶ Ad hoc dr ꝙ Aristo. ex rerū quidē
ordine pcessit: nō ad cōcludēdū rem scibilē eē prius scia
sed ipsuz scibile: ⁊ in primis qdē duab⁹ rōnibus hoc ve
re cōclusit: in tertia aūt ⁊ illis duabus de sensibili ⁊ sensu
nō cōclusit: sꝫ soluēde sunt solōne Porphyrij ⁊ Alberti.
Cōueniūt eni in hoc oēs adducte rōnes: ꝙ loquūt de sci
bili ⁊ sensibili formalr: ⁊ in hoc ꝙ idē supponūt iudiciū

i. p. q. 13 ar. 7. ad vltimū.

quo ad esse ꝛ nõ esse de scibili ꝛ re que est scibilis: ꝛ sensi-
bili ꝛ re q̄ est sensibilis. ꝛ h̄ ppea: q2 ad hoc ꝙ aliqd pos-
sit sentiri: aut sciri nihil exigi vr̄: nisi ꝙ ipsuꝫ habeat talē
nām: puta calidā vel frigidā ꝛc̄. Sꝫ differūt ſm efficaciā
p̄sic due rōnes ab alijs in hoc: ꝙ in p̄mis ſm veritateꝫ
nō solū res scibilis: sed scibile remanet: vt pꝫ de reb⁹ sci-
bilibus speculatiue: q̄ añ acceptā scientiā sūt scibiles: de
qbus est sermo in ꝑma rōne: ꝛ quadratura circuli nōdū
scita: de qua loqꝛ scd̄a rō. Est eni ꝛ quadratura: ꝛ scibi-
lis absqꝫ sciētia: in reliqs vō qm̄ nō solū sciaꝫ: sꝫ scitiuuꝫ
destruūt: ꝛ nō solū sensuꝫ sed sensitiuū: stantib⁹ casib⁹ nō
remaneret nisi res scibilis: scibile āt simul periret cū sci-
tiuo: puta aīali: ꝛ silr̄ sensibile cū sensitiuo. Dicēdū ergoꝫ
est ꝙ ꝓcessit Aristoteles ex rerū ordine: nō sistēdo in re-
bus: sed ad relatiua formaliter dirigēdo sermonem: qm̄
qm̄qꝫ idem est iudiciuꝫ de re ꝛ scibili: quo ad esse ꝛ nō es-
se. Miscuit aūt rōnes habētes aliqd̄ falsuꝫ vt persuade-
ret: ꝙ nō asserendo loquebaꝛ: ꝑp quas rōnes viri illi il-
lustres dixerunt: ꝙ scibile materialiter remaneret ꝛ non
formaliter. ꝛ ideo rationes non concludere ꝛc̄.

¶ Hꝫ aūt qōnē vtrū nulla subā ad aliquid dica-
tur quēadmodū vr̄: an hoc ꝯtingat ſꝫ quasdā
secūdas substātias: nā in p̄rimis substātijs ne-
cessariū est. nā neqꝫ tote: neqꝫ partes ad aliqd
dicūtur. nā aliquis hō nō dr̄ alicui⁹ aliqs hō:
aliqs bos: alicui⁹ aliqs bos. Silr̄ autē ꝛ ptes.
qdā eni manus nō dicitꝛ alicui⁹ quedā manus:
sꝫ alicui⁹ manus: ꝛ qdā caput nō dr̄ alicuius
qdā caput: sꝫ alicui⁹ caput. Silr̄ autē ꝛ in se-
cūdis substātijs. atqꝫ hoc quidē in plurib⁹: vt
hō non dr̄ alicuius hō: nec bos alicuius bos:
nec lignū alicui⁹ lignū: sed alicui⁹ possessio dr̄.
In hmōi ergo manifestū est: qm̄ nō est ad ali-
quid. In aliqb⁹ vō secūdis substātijs hꝫ ali-
quā dubitationē: vt caput alicuius caput dr̄: ꝛ
manus alicui⁹ manus dicitur: ꝛ singula hmōi
quare hec fortasse ad aliquid esse videntur.

¶ Hec est tria pars huius capituli: i qua dubitat vt Pla-
tonis suprapositaꝫ diffinitionem emendet: ꝛ quatuor fa-
cit que suis locis patebunt. Primo ergo dubitationem
mouet: an aliqua substātia sit ad aliquid: ꝛ in quib⁹ sub-
stantijs locum habeat ambiguitas hec. subsequēter de-
clarat enumerādo substantias oēs: ꝛ primo p̄mas sub-
stātias: distinguēdo eas in totas ꝛ partes: deinde secun-
das substātias: distinguendo similiter eas in totas ꝛ par-
tes: ꝛ est sentētia clara in textu ꝯsistens in hoc: ꝙ neqꝫ in
p̄mis substātijs: aut eaꝝ partibus: neqꝫ in secūdis sub-
stantijs que tote sunt: vt hō: ꝛ bos locum habet hec que-
stio: sed in partib⁹ tm̄ secūdaꝝ substātiarū. vt caput ma-
nus pes ꝛc̄. ¶ Accidit hic dubiū qr̄ caput sit ad aliqd
ꝛ hoc caput non sit ad aliqd: cū quicqd cōueniat speciei
cōuenire inueniaꝛ eius indiuiduo. ¶ Ad hoc dr̄ ꝙ cū dr̄
hoc caput: duo significātur. s. caput ꝛ eius indiuiduatio:
ꝛ ly ratione primi relationem importet: ratione tm̄ secun-
di extra relatiua est: ꝛ qr̄ Aristoteles hoc caput conside-
rabat ſm ꝙ indiuiduū est prout distinguitur a capite in
cōmuni. ideo dixit ꝙ nō est ad aliquid. Rationi vō in op-
positum adducte: in calce huius capituli plene satisfiet
vbi Aristoteles ipse tractabit: quomodo aliquid sit rela-
tiuum ſm superius ꝛ non ſm inferius ꝛc̄.

¶ Si igiꝛ sufficiēter eoꝝ q̄ sūt ad aliqd diffini-
tio assignata est: aut nimis difficile: aut īpos-
sibile est soluere: qm̄ nulla substāña eorūꝫ q̄ sunt ad
aliqd dr̄. Si āt nō sufficiēter: sꝫ sūt ad aliqd q-
bus hoc ipsuꝫ eē est ad aliud quodāmō se hr̄e
fortasse aliqd ꝯ ista dicetꝛ. Prior vō diffō seq-
tur qdem oīa relatiua: nō tm̄ eis hoc est esse ꝙ
sint ad aliquid ꝙ ea ipsa que sunt aliorū dicūtꝛ.

¶ Hic secundo comparat diffinitionem Platonis ꝛ suam
questioni proposite: ex qua earum possit: aut non possit
solui dicta difficultas. ꝛ ponit duas differētias inter pre-
dictas diffinitiones. Prima differentia est: ꝙ si sufficiens
est diffinitio Platonica: difficile aut impossibile est solue-
re predictam questionem. si autem vera est diffinitio sua
aliquid potest respondere eidem ex illa. Secunda vero
differentia est ꝙ Platonica diffinitio conuenit quidem
omnibus que sunt ad aliquid: sed excedit illa. sua auteꝫ
diffinitio conuertibilis est cum diffinito. ¶ Notāda sūt
hic tria. Primum est ꝙ caute Aristoteles dixit. si sufficiē-
ter diffinitio ad aliquid assignata est. poterat enim quis-
piam Platonis sectator: facile euadere dicendo: diffini-
tionem illam logicam esse: ꝛ ad aliquid comprehendere
logice consideratum: id est ſm dici. Unde ꝛ notanter dif-
finiendo dictum est ad aliquid talia dicuntur: ꝛ non est
dictum ad aliquid talia sunt: quia indꝫ ſm hanc interpre-
tationem. Diffinitio ad aliquid non est simpliciter suffi-
ciens sed logicalis. ideo Aristoteles dixit. si sufficiēter as-
signata est diffinitio: difficile nimis aut impossibile ē eua-
dere: quin aliqua substātia sit ad aliquid. Dixit vero ſm
Alexandrum ꝛ Porphyrium: difficile aut impossibile et
exponendo difficultatem illam impossibilitatem impor-
tare. ¶ Secundum notandum est: diffinitio ad aliquid
ab ipso Aristotele subiuncta cum dixit: sed sunt ad ali-
quid quibus hoc ipsum esse est ad aliquid quodāmodo
se habere. ¶ Ubi tria aduertenda sunt. ¶ Primum est
ꝙ Aristoteles ad aliquid ſm eius naturam qua esse ha-
bet: diffiniuit: ꝛ non ſm ꝙ stat sub cognitione: aut dictio-
ne. ꝛ ideo dixit ad aliquid sunt: ꝛ non dixit ad aliquid di-
cuntur. Pluraliter autem diffiniuit ea ratione qua Pla-
to. ¶ Secundum est ꝙ ly esse cum dicitur quibus hoc-
ipsum esse: stat pro esse quiditatiuo relatiuorum: ꝛ non
pro esse actualis existentie. Esse siquidem existentie cu-
iusqꝫ rei absolutum est (saltem permissiue: ꝛ ſm ratione)
quoniam vt sic: est id quo res est: aut inest. Esse autē qui-
ditatiuum relationis necessario ꝛ ſm rem ꝛ rationem in
ipsa habitudine ad aliud consistit. ¶ Tertiuꝫ est ꝙ Ari-
stoteles nō sollicitus de vocabulis: visus est in diffinitio-
ne diffinitum reperere dum dixit: ad aliquid quodāmo-
do se habere: quod ad circūloquendum quomodo qui-
ditas relationis in ipsa habitudine ad aliud consistit: fa-
ctuꝫ esse creditur: quod vero dixit quodāmodo cōprehē-
dendo multos modos quibus relatiua referuntur inser-
uit. ¶ Tertium notandum est ꝙ in secunda differentia
Aristoteles diffinitionem Platonis: ideo arguendam cē-
setur: quia ex illa non habetur quiditas relatiuorꝫ que
ex sua diffinitione clare relucet.

¶ Ex his ergo manifestū est ꝙ si qs aliqd eorū q̄
sunt ad aliqd diffinite sciet: ꝛ illud ad qd̄ dr̄ dif-
finite scitur⁹ est: qm̄ eoꝝ eē q̄ sunt ad aliqd: ē
ad aliqd quodāmō se hr̄e. Si eniꝫ nō nouerit
oīno ad qd̄ hoc quodāmō se habet nec se ali-
qd ad qd̄ hoc quodāmodo se habet sciturus
est: sꝫ i singulis palā h̄ est vt h̄ si qs nouit diffi-

nite qd̄

nite qđ est duplum: ⁊ cuius duplum est: mox diffinite nouit. Si vo nihil diffinite nouit: ipsum cuius duplũ est: neqꝫ si est oĩno nouit. Similiter autẽ ⁊ hoc ad aliqđ si nouit aliquis qđ melius est diffinite: ⁊ quo melius est necessariũ est nosse. Indiffinite aũt si sciat: qꝛ est peiore melius: opĩone id quidẽ tale est sic: non disciplina. nõ enĩ sciuit subtiliter quo est peiore melior. si. n. sic cõtingit nihil est peius eo ꝓꝑ hoc. Quapropter palã est ⁊ necessariũ ꝙ si nouerit quis aliquid relatiuoꝝ diffinite: necessariũ est ⁊ illud ad quod dicitur diffinite nosse.

¶ Hic 3° ꝯcludit quãdã relatiuoꝝ ꝓprietatẽ deducẽs eã ex assignata nũc diffõne. Unñ ait ꝙ ex his manifestũ ẽ ꝙ siqs diffinite nouit aliqđ eoꝝ q̃ sunt aliqđ: diffinite ẽt nouit ⁊ reliquũ: ⁊ subdẽdo pn^m ⁊ rõnem sequele ait: qm̃ ad aliqđ sunt qbus hoc ipsũ esse cõsistit in ad aliud se hr̃e necesse est: ꝙ si quis nouit hoc qđ ad aliud quodãmõ se hꝫ qditatiue: ꝙ ⁊ illud cognoscat ad qđ hoc quodãmodo se habet: ⁊ est ratio euidẽter cogens: non enim est intelligibile ꝙ ab aliquo intellectu cognoscitur quiditas que est ad aliud se habere: ⁊ non cognoscatur ly aliud.

In hoc loco.

Sed occurrit dubiũ circa assignatã ꝓprietatẽ: an itelligat̃ đ cognitiõe ipsius ad aliquid, diffinitiua: vt Auer. ⁊ Alberto placet: an itelligat̃ đ cognitiõe ei⁹ quãtũ ad actualẽ existẽtiã. vt Boeti⁹ sentir vr̃. ¶ Ad hoc dĩ ꝙ ſꝫ veritatẽ itelligit̃ de vtraqꝫ cognitiõe: ⁊ đ diffinitiua qdẽ: qm̃ cũ eẽntia vni⁹ relatiui formalr̃ sit ad aliud: ipossibile est diffinire sine correlatiuo ad qđ est: alr̃ diffõ tñe diffinite cõformis nõ esset: nec explicaret eã ſm ꝓpriã essendi rõnem: ⁊ sic opꝫ ꝯstr̃ ꝙ vno relatiuoꝝ noto qditatiue. alteꝝ sit cõnotũ. De cognitiõe aũt quo ad actualẽ existẽtiã relatioꝝ: veritatẽ habere ex eo pcipit̃: ꝙ siqs nõ vaga: aut incerta opĩone: ſꝫ cognitiõe euidẽti cognoscat alterũ relatiuũ existere: opꝫ ꝙ cognoscat reliquũ p certitudinẽ existere: alr̃ simr̃ cognosceret et ⁊ nõ cognosceret ipsũ existere. Si qs eũ certe nouit hũc p̃rẽ esse: necesse ẽ eũ nõ latere eũ filiũ hr̃e: aliter si vage credat eũ filiũ habere absqꝫ certitudine sciet hũc patrẽ esse. Sequit̃ ẽt sensus iste ex assignata diffõne: qm̃ ex quo ad aliqđ essentia cõsistit in ad aliud: ipoſſe est aliqđ ad aliqđ vt sic: cognoscere esse: ⁊ nõ cognoscere ad qđ illud est esse. sicut vl̃r ipoſſe ẽ scire aliquã rẽ esse: ⁊ ignorare qditatẽ illaꝫ existere. Et si scđo mõ gloset̃ subseqñs inductio valde apta est: preintelligẽdo ꝙ ly diffinite. i. determinate stat pro determinatione vtriusqꝫ correlatiui ꝓportionabilr̃. i. ꝙ si cognoscit̃ p̃rẽ esse determinate ad hũc hoiẽ: opꝫ cognosci filiũ esse determinate ad illũ hoiẽ: ⁊ si cognoscitur ꝙ p̃ʀ sit determinate ad hoiem. i. ꝙ hõ sit pr̃: opꝫ cogſcere in cõi ꝙ hõ sit filius: ⁊ sic de aliis. ait ḡ ꝙ ĩ singulis. i. singularib⁹ manifestũ ẽ: ꝙ siqs nouit vnũ relatiuoꝝ: ꝙ nouit ⁊ reliquũ. ⁊ dat exẽpla đ duplo ⁊ meliore: vbi apte dicit. ꝙ siqs nouit illđ relatiuũ meli⁹ đterminatũ ad a. puta ꝙ a. est meli⁹ opꝫ tũ scire correlatiuũ. s. pei⁹ đterminatũ eẽ ad b. vñ si nouit ꝙ a. ẽ meli⁹ peiore idefinite. i. absqꝫ đterminatõe ad b. nõ sciet. i. nõ certa cognitiõe tenebit: ꝙ a. ẽ meli⁹: ſꝫ opione q̃dã hoc cogitabit: nõ. n. sciuit subtilr̃ subtilitate ꝯueniẽte ad đterminationẽ: ꝙ a. est peiore meli⁹. Et rõnẽ subdit: qꝛ si sic ꝯtigit. s. haberi vnũ tm̃ relatiuũ đterminate i rerũ nãa: aut ĩ itellectu: nullũ seq̃t̃ ex h̃ poni correlatiuũ: sic si a. põit̃ meli⁹ ⁊ nõ ponit̃ b. vl̃. c. eo pei⁹: nihil sequet̃ eẽ peius a. Qđ. n. nullo peiore ẽ: aut itelligit̃ meli⁹ nihil peius se põit. Palã ḡ est ꝙ siqs đfinite. i. đterminate nouit eẽ vnũ relatiuoꝝ. ꝙ definite. i. determinate nouit eẽ reliquũ Si aũt p̃ mõ gloset̃ vel eo dẽ nihilomin⁹ nõ inductio exponat̃. Nec obstat ꝙ cognitionẽ diffinitiuã in assignatione ꝓꝑetatis ꝓpositã: ex cognitiõe actualis exñtie iducẽdo declaret: qm̃ hoc ꝯsulto factũ est: vt a notiorib⁹ nobis ꝯueniẽs fieret disciplina. Uel exponat̃ iductio de cognitione qditatiua: ita ꝙ ex singulis relatiuis. s. duplo meliore ⁊c̃. ꝓcedat: ⁊ ſmo de duplo manifestius est p se. De meliore aũt expõne aliq̃li eget. est. n. sensus: ꝙ siqs nouit meli⁹ qditatiue opꝫ eũ nosse: q̃ est meli⁹. i. peius. indiffinite aũt. i. absqꝫ diffinitiua aũt cognitiõe meliora: nõ sciet̃ meli⁹ esse peiore meli⁹: lꝫ opione aliq̃ teneri possit: qꝛ nõ subtilr̃ notũ est (si diffinitio absit) ꝙ meli⁹ est peiore melius: subtilis siqdẽ hui⁹ cognitio diffinitiua notitia est: ⁊ hui⁹ ꝓbationẽ subdit. si eni sic. i. absqꝫ diffõne ꝯtigit nosse meli⁹ nihil erit pei⁹: eo ꝓꝑ hoc. i. ex tali relatiuo sic noto: nõ sequet̃ suũ correlatiuũ. s. pei⁹: ⁊ ꝯñter nullũ aliđ.

¶ Caput vo ⁊ man⁹ ⁊ hoꝝ singula que substãtie sunt hoc ipsũ ꝙ sunt põt sciri diffinite. Ad qđ vo hec dicãtur nõ est necessariũ scire. cui⁹ enĩ caput hoc vel hec manus: nõ est dici diffinite. quare nõ erũt hec ad aliqđ. Si vo nõ sũt relatiuoꝝ: verũ erit dicere ꝙ nulla substãtia relatiuoꝝ est. Fortasse aũt difficile sit de hmõi rebus cõfidẽter đclarare: nisi sepe ptractata sunt dubitare aũt de singulis non erit inutile.

¶ Hic quarto ex predicta ꝓprietate rñdet qõni mote: ⁊ p̃ applicat ꝓꝑetatẽ ipsã ad partes secũdaꝝ substãtiaꝝ negatiue dicẽs: ꝙ capiti ⁊ manui ⁊ aliis hꝫ nõ cõuenit hec ꝓprietas. s. ꝙ siqs diffinite noscat manũ: oporteat ꝙ diffinite cognoscat cuius est man⁹: possũt eni caput ⁊ manus ⁊ alia hꝫ hoc ipsum ꝙ sunt diffinite sciri: absqꝫ notitia eorum ad que dicunt̃. Et hoc pꝫ in singularib⁹: scit̃ enim euidẽter hoc eẽ caput: ⁊ tamẽ cui⁹ est hoc caput nõ est necesse diffinite scire: vt clare liq̃t. si quispiã solo capite patens videat̃: ⁊ silr̃ de manu. ¶ Deĩde ex negatiõe ꝓprietatis p̃dicte a partib⁹ secũdaꝝ substãtiaꝝ infert: ꝙ hꝫ partes non sunt ad aliqđ dicẽs. Quare nõ erunt hec ad aliquid: ⁊ ex hoc formalr̃ rñdet qõni mote subdẽs ꝙ qꝛ he scđe sũbe: de qbus erat dubiũ an eẽnt ad aliqđ: non sunt de numero relatiuoꝝ: verũ erit vl̃iter ꝙ nulla substantia est ad aliquid. Et sic soluta est questio mota: qꝛ tamen relatiuorum natura valde difficilis est (propter eius minimam entitatẽ) ideo subdit ꝙ fortasse difficile est confidẽter de his determinare nisi sepe ⁊c̃. conducit autem plurimũ sciẽtie dubitare de singulis (qꝛ vt in p̃ Topicoꝛuꝫ) dicit̃: potẽtes ad vtrãqꝫ ptem arguere facile verũ coniectant. ¶ Ad clariorẽ notitiaꝫ huius solutionis sciendũ est ꝙ qꝛ cũ de aliquo sermo simplr̃ fit: itelligitur de eo q̃ ad rem significatã. ideo qm̃ de relatiuis ſm dici locutio simplr̃ est: accipienda est quo ad rem significataꝫ per ea: ⁊ non quo ad rẽ cõnotatã. significant aũt hmõi relatiua connotata relatione rem alterius generis: ex qua qꝛ nõ habent ꝙ ad aliquid sint. ideo merito absolute loquendo relatiua esse negantur: ⁊ cognosci possunt diffinitiue absqꝫ cognitione eius ad qđ ex cõnotata relatione referuntur: ⁊ qm̃ caput ⁊ manũ ⁊ alia huiusmodi ꝯstat relatiua ſm dici esse: ⁊ substãtiaꝫ ꝯñter significare: cuius itellectus nõ pẽdet ad aliud: sed ex substãtiis cõsurgit. ideo Aristoteles simplr̃ dixit: hec nõ esse ad aliquid: ⁊ cognosci posse diffinite absqꝫ eo ad qđ dicuntur. non enim simpliciter sunt relatiua: sed ſm dici.

Cap. 2.

## ¶ De qualitate ꝛ quali.

Qualitatem autem esse dico ſm quã quales quidem dicimur.

¶ In hoc capl'o quatuoꝛ ſunt principaliter. Primo tractat̃ de qualitate. Scd̃o de quali. ibi (Qualia vo.) Tertio aſſignant̃ ꝓprietates. ibi (Ineſt aũt ꝛ ꝑrietas.) Quarto excludit̃ quedam obiectio. ibi (At vo nõ decet.) Tractãs ãt de qualitate ꝑ diffinit ipaz: deinde diuidẽdo eius ſpẽs determinat. Ait ergo. Qualitatẽ ãt dico ꝛc. ¶ Ubi aduertẽda ſunt tria. ¶ Pͥm̃ eſt: ꝙ ly ſꝫ) denotat habitudinẽ cauſe formalis: ita ꝙ ſenſus eſt. ſꝫ quã formal'r vocamur: aut noiamur quales ſꝫ ꝙ formaliter forma denominãs ſe hꝫ reſpectu denoiatiui: vt albedo eſt ſꝫ quã formal'r qs eſt albus: ꝛ nigredo qua qs eſt niger: ꝛ vl'r abſtractũ reſpectu ſui ↄcreti vt humanitas eſt qua formal'r aliqs eſt hoꝰ: ꝛ eqnitas qua aliqs eſt equus. qualitas ergo eſt ſm quã. i. qua formaliter quales dicimur: vt albedine albi ꝛc. ¶ Secũdũ eſt ꝙ quale lꝫ ſumat̃ multipliciter. vt pꝫ 5ͦ metaphyſice. in ꝓpoſito tñ dupliciter ſumi ſufficiat. ſ. cõiter ꝓut inuenit̃ in oibꝰ generibꝰ: ꝛ qñ dicit̃ ꝙ differẽtia ꝑdicat̃ in quale: ꝛ qñ dicitur ꝙ oia genera accidentiũ qualificatiua ſubſtãtiaz ꝛ ꝑdicant̃ in quale. Alio mõ ſumit̃ ꝓprie vt eſt ſpeciale ꝑdicamentũ ꝛ certaz entis naturã: gñaliſſimam tñ explicat. In ꝓpoſito qꝛ ly quales: ſine additione ꝓlatuꝫ eſt: ꝓprie ſumit̃: ꝛ ſtat pro qualibꝰ ſimpliciter: cur autẽ genus hoc qualitatis nomẽ ſibi ꝓpriũ vẽdicauerit: quolibet accidẽtis genere qualificãte aliquo mõ ſubiectũ: inferius in aſſignatiõe ſufficiẽtie ſpecieꝝ qualitatis dicet̃. ¶ Tertiũ eſt ꝙ ly dicimur vel nos ſubſtãtias ſubaudit vel nos hoies: nõ qꝛ alia ab hoie qualia nõ dicant̃: ſꝫ qꝛ ſoli hoies ſm oẽ genus qualitatis q̃les ſunt: cetera nãqꝫ vel qualitatibus corpalibꝰ tñ: vel ſpũalibus tñ afficiũtur. Homo autẽ vtraſqꝫ ſuſcipit: illas ſm corporeã naturã: iſtas ſm incorporeã: quã in parte intellectiua habet. ¶ Sꝫ adhuc obſcura remanet diffinitio iſta: ꝓpter dubiũ motũ a Boetio. Si enim diffinitio iſta eſt bona: circulares fieri diffinitiones nõ erit vitioſum. Quale enim diffiniri oꝫ per qualitatẽ: qꝛ eſt eius effectus formalis: ꝛ ↄſtat diffõnem ꝓpriã rei cãm intrinſecã explicare debere. ſi ergo q̃litas recte per quale diffinita eſt. aperte circulus fiet. ¶ Apparet etiaꝫ ex his aliud peccatũ: qꝛ. ſ. per poſterius diffiniuit qualitat̃: effectus enim poſterioꝛ eſt ſua cã: quale autẽ iam dictũ eſt effectum eſſe qualitatis. ¶ Ad hoc cũ Boetio dr̃: ꝙ qꝛ generaliſſimũ ꝓprie diffiniri neqt: eo ꝙ gñe caret: diffinitio iſta dſcriptio q̃dã eſt: declarans a notioꝛibus nobis qd nois ipſius qualitatis notius enim eſt nobis quale q̃ꝫ ſit qualitas: ſicut vl'r cõpoſituꝫ nobis notius eſt ſimplicibꝰ (vt Cõmẽtatoꝛ ait in ꝓhemio phyſicoꝝ) grãmaticuꝫ ſiqdẽ grãmatica magis notumꝰ: ꝛ fortẽ fortitudine ꝛc. nullũ ergo vitiũ hic accidit: qꝛ diffõ nõ eſt: ſꝫ deſcriptiua q̃dã quo ad nos dclaratio.

¶ Eſt autem qualitas eoꝝ que multipliciter dicuntur. Et vna quidẽ ſpecies qualitatis habitus ꝛ diſpoſitio dicitur.

¶ Hic incipit diuiſiue determinare de qualitate: aſſignãdo eius ſpecies: ꝛ anteq̃ꝫ eas numeret dicit: ꝙ qualitas eſt de numero eoꝝ que multipliciter dicunt̃. Quod poteſt dupliciter intelligi. ſ. de multiplicitate analogie excludẽte vnitatem genericã que eſt analogia ſimpliciter. ſicut ens principiũ cauſa elementum ꝛ alia hꝰ multipliciter dici affirmant̃: ꝛ ſic nõ ſumit̃ hic: qꝛ iam nõ de qualitate ꝓprie quam deſcripſit eſſet ſermo: ſed de qualitate cõiter (vt de ea tractat̃ in quinto metaphyſice.) Alio modo põt intelligi de multiplicitate cuiuſdaꝫ analogie cõpatiẽtis ſecũ vnitatẽ genericã: q̃ eſt analogia ſꝫ qd: q̃lis eſt inter ſpẽs cuiuſqꝫ gñis: inter quas eſt analogia ſꝫ eſſe pfectiꝰ ꝛ minꝰ pfectuꝫ: de quia dicit Auer. in 2ͦ cõmẽto. 12. metaͤ. ꝙ nõ impedit generis vnitatez: quã analogiã. s. Tho. i ꝑ ſentẽtiaꝝ. diſtictiõe. 19ͣ. vocant analogiã ſm eſſe ꝛ nõ ſm intẽtionẽ: ꝛ ſic intelligit̃ hic q̃litatẽ eſſe d numero eoꝝ q̃ multipl'r dicunt̃: ↄtinet ſiqdẽ multas ſpẽs de qbꝰ ſꝫ ꝑus ꝛ poſteriꝰ dr̃: attẽdẽdo eẽ earũ: lꝫ vniuoce dicat̃ de eis inſpiciẽdo eius ꝓpriã rationẽ: q̃ eadẽ oino i oibus ſecuat̃. Hoc ergo ꝑmiſſo ad ꝑmaꝫ qualitatis ſpẽꝫ deſcẽdit: ꝛ circa hoc facit q̃tuoꝛ. ¶ Pͦ ꝓponit eaꝫ dicẽs: ꝛ vna qdẽ ſpẽs q̃litatis habitꝰ ꝛ diſpõ dr̃. ¶ Ubi ꝑmo declarandũ eſt qd nois habitus ꝛ diſpõnis. Habitus cũ ab habẽdo dicat̃: ſicut hr̃e tripliciter ſumit̃: ita ẽt habitꝰ tripliciter ſumi põt. ¶ Primo mõ cõiter vt vna res dicitur habere aliã: ꝓut dicim ur hr̃e amicũ: autꝰ ſciẽtiã: aut quãtitatẽ: ꝛ ſic cũ ↄſequat̃ diuerſa ꝑdicamẽta: inter poſtpredicamẽta annumerat̃: ꝛ ibi de eo erit ſermo. ¶ Secũdo mõ minus cõiter vt eſt quoddã mediũ per modũ actiõis ꝛ paſſionis: inter hñtem ꝛ habitũ: ꝓut dicimur veſtiti vl' armati ex veſtiuꝫ vel armoꝝ adiacẽtia: ꝛ ſic habitus eſt vnũ genus gñaliſſimũ. ¶ Tertio ſumit̃ habitus adhuc minus cõiter vt eſt id quo res quodã modo. i. bñ vel male ſe hꝫ in ordine ad nãm vel opationeꝫ: ꝓut dicimur bñ vel male habituati ſm v̾tutes vel vitia: ꝛ ſic cum id quo formal'r res ſic ſe hꝫ ſit qualitas (vt inductiue facile pꝫ) ꝛ ex ſufficiẽtia ſpecieꝝ qualitatis clarius apparebit: vna ſpecieꝝ qualitatis habitꝰ ponit̃ hic ab Ariſtotele diſpõ: etſi ordinez hñtis ptes ſignificare dicat̃ 5ͦ metaͤ. ac per hoc nõ videat̃ ptinere ad genꝰ qualitatis. Si recte tñ cõſideret̃ nõ lõge a gñe hoc iudicabit̃: diſpõ ſiqdẽ vt ibidẽ dr̃ iportat ordinẽ hñtis ptes: aut ſꝫ locũ: aut ſꝫ potẽtiã: aut ſm ſpẽꝫ: vbi (vt Simplicius ſcõ Tho. teſte dicit) oẽs diſpõnes tetigit. Primo corporeas dicẽs ſm locuꝫ: ꝛ ſic diſpõ ptinet ad ꝑdicamẽtuꝫ ſitus: qꝛ dicit ptes ordinatas ſm locũ: ꝛ ſic dicimus aliter diſponi ſedentẽ ꝛ aliter ſtanteꝫ. Deinde ſpũales ſimpliciter vt ſciẽtia: vl' reſpectu pti maꝝ: vt ſanitas: ꝛ has tetigit ſm duplicẽ ſtatũ. ſ. inchoationis per ly ſm potẽtiã: qꝛ qd̃ inchoatiue eſt in potẽtia quadã eſt: ꝛ pfectionis per ly ſm ſpẽm: qꝛ res ſpẽm ſua pfectione ſortit̃: ꝛ ſic diſpõ in qualitatis genere inuenit̃: qꝛ dicit nõ ordinẽ cum ſit relatiuũ ſm dici: ſed poteſtatiuas ptes qualitatis in ordine ad aliqd: puta nãm vt ſanitas ꝛ pulchritudo: vel opõnẽ vt ſciẽtia ꝛ prudentia: ſignificat ergo hoc in locu tã diſpoſitio q̃ꝫ habitus q̃litatẽ quãdaꝫ qua res bene vel male ſe hꝫ ad opationẽ: vt virtus ꝛ vitiũ ꝛc. vel ad nãꝫ vt ſanitas ꝛ infirmitas: lꝫ diſpõ illã qualitatẽ nõ tã ſꝫ ſe iportet q̃ꝫ vt ptes potẽtiales hꝫ: vel ſm pfectionẽ vt cõpleta ſcientia: vel ſm ꝑparationeꝫ ꝛ idoneitatẽ vt v̾tus: aut ſcientia inchoata ꝛc. ¶ Scd̃o eſt videndum: q̃o vna ſpẽs ſint habitꝰ ꝛ diſpoſitio. Sꝫ qꝛ plene ſciri nequit abſqꝫ notitia ſequentium. ideo vſqꝫ ad ſequentem particulam differatur.

¶ Differt autez habitus a diſpoſitione: ꝙ permanẽtioꝛ ꝛ diuturnioꝛ eſt: tales eniꝫ ſunt ſciẽtie ꝛ virtutes. ſciẽtia enim videt̃ eſſe pmanentium ꝛ eorum que difficillime moueant̃: vt ſi quis vel mediocriter ſumat ſcientiaꝫ: niſi forte grãdis pmutatio facta ſit vel ab egritudine vel ab aliquo huiuſmodi. Similiter aũt ꝛ virtus vt iuſtitia vel caſtitas ꝛ ſingula taliuꝫ non vidẽtur poſſe moueri: neqꝫ facile permutari.

T.c.19. Cõ.3. T.c.19. Cõ.2. T.c.

Affectiones vo dicūtur que sunt facile mobiles ꝛ cito permutabiles: vt calor ꝛ frigiditas ꝛ sanitas ꝛ egritudo: ꝛ alia huiusmodi. Afficitur enim circa eas hō quodāmodo. cito aūt permutaṫ: ꝛ ex calido frigidus fit: ꝛ ex sanitate in egritudinem trāsit. silr aūt ꝛ in alijs nisi forte in his que ꝯtingit per tēporis longitudinez in naturaz cuiusqꝫ transferri: vt insanabilis vl' difficile mobilis existat affectus: quē iaz quilibet habitudinem vocet.

¶ Hic secūdo dr̄iaz iter habitū ꝛ dispositioné tradit dicēs habitū in hoc differre a dispōne: ꝙ habitus est q̄litas difficile mobilis. dispositio aūt est facile mobilis: exēpla habitus sunt sciētia vt geometria arithmetica ꝛc̄. ꝛ v̄tus vt iustitia castitas. Exēpla dispōnis sunt calor frigiditas sanitas ꝛ egritudo: ꝛ qm̄ hec nālia sunt entia. iō more nālium itelligendū esse docet ꝙ habit⁹ difficillime mobilis ꝛ ꝙ dispositio facile mobilis sit. Mos aūt nāliū est ꝙ talia semp̄ fiunt nisi ipedimētū aliqḋ accidat. hō eniz ḡnat hoiem nisi ipedimētū aliqḋ sit: ꝛ silr oliua oliuā: longioria quoqꝫ vite sunt vegeti corpore q̄ȝ debiles: cōtingit tm̄ ex aliqua cā aliter euenire. Et silr habitus difficile mobilis est: ꝯtingit tm̄ ex aliqua ifirmitate aliter euenire: ꝛ idē est indiciū quo ad facilē mutabilitatē dispōnis: ꝓpterea Aristoteles vtrobiqꝫ inseruit (nisi forte ꝛc̄.)

Circa dr̄iam iter habitū ꝛ dispōnē: dubiū p̄ractū occurrit an sint due spēs an vna. Q. n. nō sint due sed vna ex textu dupl'r patere videṫ. ¶ Primo qꝛ exp̄sse dcm̄ est. ꝛ vna spēs q̄litatis est habit⁹ ꝛ dispō. Nec ē curare an sit spēs spālissima: an sit subalterna. sufficit. n. ꝓposito ꝙ nō sint due subalterne: nec due specialissime: sed ꝙ vnā diuersimode significēt. ¶ Scḋo qꝛ ea q̄ differūt accidētal'r tm̄ nō differūt spē. in textu aūt nulla alia dr̄ia assignaṫ nisi accn̄talis. s. facile ꝛ difficile mobile: has siqdez dr̄ias eē accidētales ex eo pꝫ: ꝙ facilis vl' difficilis mobilitas ad motū ꝛ passionē ꝑtinet: ac ꝑ hoc q̄litatis dr̄ia essentialis eē nō p̄t: vtpote q̄ est exnei ḡnis. ¶ In oppositū est auctoritas. s. Tho. i p̄ˢ scḋe. ex cui⁹ q̄ōnib⁹. 49. ꝛ. 50. fere oīa bona q̄ i hoc p̄dicamento scribimus sūpta sunt.

q. 49. a. 2. ad 3ᵐ

¶ Ad hoc dubiū dupl'r r̄ndeṫ. p̄mo fꝫ Boetiū ꝛ Albertū: ꝙ habit⁹ ꝛ dispō differūt sicut pfectū ꝛ ipfectū i eadē spē vt sortes puer ꝛ ipse vir: vn̄ fm̄ hāc viā: iō ꝯiunctiōe copulatiua iunxit hec noia Aristo. dicēs habit⁹ ꝛ dispō: qꝛ eādē rē iportāt. Duplici aūt vocabulo eā significauit ad isinuādū duplicē modū essendi illi⁹. s. pfecte ꝛ ipfecte. ¶ 2ᵒ r̄ndeṫ fm̄. s. Tho. ꝙ habit⁹ ꝛ dispō sūt diuerse spēs. Nec obstat Aristotelē dixisse vnā eē spēȝ qꝛ hoc dixit ad insinuādū gen⁹ ꝓximū habit⁹ ꝛ dispōnis nō eē q̄litatē: sꝫ qḋdā subalternū vocatū ab antiquis applicatio: q̄ vna spēs subalterna est: i qua vniunṫ habit⁹ ꝛ dispō. Nec ēt ipedit ꝓpositū: ꝙ facile aut difficile moueri (ad passiōis genus) ꝑtineat: qm̄ ad circūloquēdū ꝓprias rerū dr̄ias nobis ignotas: opꝫ accidētalib⁹ ꝓpetatib⁹ vti: ꝛ hoc hic obseruatū est. ¶ Ad clarā aūt notitiā snie. s. Tho. nosse opꝫ: ꝙ alicui pōt cōuenire eē facile vl' difficile mobile dupl'r. s. ex rōne spēi: vel ex cōditione indiuidui. Illud dicit esse difficile mobile p se seu ex rōne spēi: qḋ ex nā sua vēdicat sibi cās difficile variationē cōpatiētes: vt scia: cui⁹ cāe sunt lumē itellectus agentis ꝛ intellect⁹ possibilis: ꝛ p̄misse q̄ se alr' hēre nō pn̄t. Et silr illud dr̄ eē facile mobile per se seu ex rōne spēi: qḋ ex nā sua vēdicat sibi cās facile trāsmutabiles: vt sanitas que causaṫ ex calido ꝛ frigido ꝛc̄. que ꝓꝑ alterationes cōtinuas facile transmutātur. Illud autē dr̄ esse facile vel difficile mobile per accidens seu ex cōditione indiuidui: cui ex eo ꝙ est i hoc subiecto sic dispō ꝛc̄. facile vel difficile transmutabile est: vt scia q̄ ex se difficile mobilis est: p accidēs tm̄ ex eo ꝙ est i ħ male disposito ichoatiue ꝛc̄. facile mobilis est. ꝛ ꝑ oppositū infirmitas que p se facile est mobilis: ex eo ꝙ est sic firmiter radicata i hoc difficile mobilis est. Ille ergo q̄litates que difficile mobiles sunt ex rōne spēi habitus sunt. ille aūt que ex rōne sue spēi facile mobiles sunt: dispōnes sunt: ita ꝙ habit⁹ ꝛ dispō distinguūtur specifice ꝑ dr̄ias circūlocutas: per difficile mobile ꝛ facile mobile ex rōne spēi. ¶ Cōsentane⁹ aūt Aristoteli magis sensus iste ostēdiṫ ex tribus. ¶ Prio ex eo ꝙ exēplariter declarās habit⁹ ꝛ dispōnes inter habitus nō nisi ea q̄ p se permanētia sunt numerauit. s. scias ꝛ v̄tutes: ꝛ inter dispōnes silr ea: tm̄ que facile trāsmutanṫ: vt calidū ꝛ frigidū: sanitatē ꝛ infirmitatē. ¶ Scḋo ex eo ꝙ dicit: sciaz etiam mediocriter sumptā esse habitū: qḋ cōstaret esse falsum: qm̄ scia ipfecta dispō esset nō habit⁹. si dispō non differre specifice ab habitu. ¶ Tertio qm̄ in ꝑticula sequenti expresse inducit cōem modū loquēdi ad ꝓbandū ꝙ ea q̄ per se diuturna sunt: sunt habitus. que āt per se cito trāsmutabilia sunt: dispōnes sunt. ꝛ arguit ex eo ꝙ etiaz ipsi habitus qui debiliter retinenṫ dispōnes vocantur: vt ibi clarius patebit. ¶ Nec obstat ꝙ Aristoteles dicat ꝙ infirmitas insanabilis habitus vocaṫ: qm̄ vt ex dictis ꝛ dicendis in sequenti particula patet: hoc est intelligenduz quo ad modum: non quo ad rem.

Circa exēpla p̄me de dispōne. s. vt calor ꝛ frigiditas dubium est: q̄mo calor ꝛ frigus ponanṫ in hac p̄ma specie qualitatis cū ꝑtineant ad tertiam. Sed qm̄ hoc clari⁹ ꝑcipi poterit declarata tertia specie: iō illuc usqꝫ differatur. ¶ Circa aliud exemplū de dispōne datum scilꝫ vt sanitas ꝛ infirmitas: aduertēdum est (ꝙ Alexander) (vt Simplicius. s. Tho. teste refert.) putās primaz spēm q̄litatis inueniri tm̄ in aīa. dixit hec Aristotelis v̄ba ita exēplariter accipienda: vt non intelligam⁹ sic esse sed ex his exēplis discam⁹ nām habitus ꝛ dispōnis. vn̄ fm̄ eum sanitas ꝛ pulchritudo ꝛ alie dispōnes corporee habit⁹ nō sunt: extēso habit⁹ vocabulo ad oē id qḋ est in p̄ma specie q̄litatis. Sed intēdebat apud ipsuz Aristotelem: ꝙ sicut sanitas ꝛ infirmitas sunt facile mobiles: ita dispōnes vere que in aīa sunt inueniunṫ facile mobiles. ¶ Sed hec snia dupl'r a. s. Tho. refellitur: tū qꝛ Aristoteles eodez nō adduxit hec ex°: ꝛ illa alia ꝑtinentia ad aiam. s. sciam ꝛ virtutē: tuꝫ qꝛ exp̄sse in 7ᵒ physicorū: sanitatē ꝛ pulchritudinē inter habitus numerat. intēdens tm̄ per hitū (vt dixim⁹) p̄mā spēm q̄litatis. Relinquēdus ergo ħ in loco Alexāder vꝫ: ꝛ dicēdū sanitatē ꝛ pulchritudinē ꝛ alia hꝫ: in p̄ma specie reponi: nō tm̄ habit⁹ ꝓꝑe esse sed dispōnis: qm̄ causas corporales hn̄t facile transmutabiles: vt experientia docet. ¶ Ex p̄dictis hēs studiose lector decisionem illius q̄ōnis: an habitus aliqs sit in corpe: ꝙ. s. nullus habitus ꝓprie loquēdo est in corpore: sed oēs sunt aut tutal'r aut p̄cipal'r in aīa. intelligendo autez per habitum primā spēm qualitatis: aliqui habitus sunt in corpore vt sanitas ꝛ pulchritudo ꝛc̄.

p̄ˢ 2ᵉ. q. 50. ar. p. c.

T. c. 17.

¶ Manifestū est āt qm̄ hec volūt habitudines noīari q̄ sunt diuturniora vl' difficile mobilia. Nāqꝫ in disciplinis nō multū retinētes: sꝫ facile mobiles: dicunṫ nō habitū habere: q̄uis sint ad disciplinas ꝑcius vel meli⁹ dispositi. q̄re differt habit⁹ a dispōne: ꝙ hoc q̄dē facile ē: illud vo diuturnius ꝛ difficile ꝛ mobile.

¶ Hic 3° declaratā dr̄iaꝫ inter habitū ⁊ dispōnē clarissime ꝓbat ex cōi loquētiū vsu: dicēs: hoc esse māifestū qꝛ in disciplinis: quas habitus esse diximus: ēt mediocriter sumptis: habitꝰ noīe vti nō ꝯsueuimꝰ: qm̄ nō multuꝫ retinētis sed facili mutabilitate eas hn̄tes sunt aliq: dicunt̄ siqdē tales peius vel meliꝰ dispositi: ad hꝯ disciplinas: puta geometriā vel physicā magis ꝗꝫ geometre: vl' physici. dr̄ia igit̄ inter habitū ⁊ dispōnē hec est: ꝙ ille ex se sibi vēdicat difficile posse moueri: hec ēt facile. ¶ Aduertēdū est hic ꝓmo ꝙ qꝛ multa ꝯueniūt rei ꝑ accidēs: q̄ ex nā ꝓpria sibi nō vēdicat: iō nihil ꝓhibet inueniri habitū aliquē facile mutabilē in illo. ⁊ silr̄ dispōnē aliquaꝫ difficile in eo mobilē: ex aliqua occurrēte cā: ⁊ tūc ꝯtingit habitū esse nō dispōnē: sed ꝑ modū dispōnis. ⁊ silr̄ dispositionē esse nō habitū sed ꝑ modū habitus. Scia enī que nō firmiter retinet̄. habitꝰ qdeꝫ est: sed per modū dispositionis est: qꝛ facile perdi ab illo pōt: ifirmitas v̇o iaꝫ firmiter radicata dispō qdē est: sed per modum habitus inest. vn̄ fit vt a talibus modis essendi potiꝰ ꝗꝫ a natura reꝝ: infirmus habitus dicat̄ dispō: ⁊ firma dispō dicat̄ habitus: ēt ab ipso Aristotele vt ex habitis hucusꝗꝫ pꝫ. ¶ Aduerte 2° tu nouitie ꝙ difficile mobile ⁊ facile mobile vt sunt dr̄ie specifice distinguētes habitū ⁊ dispōnē iter se: ⁊ vt sunt modi essendi coruꝫ equiuoce dicunt̄: difficile mobile: ⁊ facile mobile. Primo tn̄ꝗꝫ mō naturas eoꝝ cōstituūt ⁊ diffōnē eoꝝ igrediunt̄: separariꝗꝫ ab eis nō pn̄t ēt per itellectū: sicut nec rōnale ab hoīe ⁊ irrationale ab equo. Scd̄o autē mod͛ accidētia eoꝝ sūt ⁊ extranea ab eoꝝ naturis: succedereꝗꝫ sibi inuicē circa idē pn̄t vt magis ⁊ minus circa calidum ⁊ frigidum se habent ⁊c̄.

**¶ Sunt aūt habitus dispositiones: ⁊ dispositiones v̇o nō necesse est habitus esse. qui enī retinēt habituꝫ ⁊ quodāmō dispositi sunt ad ea que habēt vel peius vel melius. qui autem dispositi sunt non oīno retinent habitum.**

¶ Hic quarto cōuenientiā habitus cum dispōne alio mō sumpta ponit. ¶ Unde aduertēdū sollicite est ꝙ dispositionis noīe equiuoce vtit̄ hic ⁊ supius. Duplr̄ siquidem sumit̄ dispō. Uno mō vt distinguit̄ cōtra habituꝫ: ⁊ sic superius de ea habitus est sermo. Alio mō vt est genus ad habitum ⁊ dispōneꝫ ꝑ̄dictam. ⁊ sic sumit̄ hic: vbi dicitur ꝙ habitū necesse est dispōnem esse: sicut hoīem opꝫ esse aial. dispōneꝫ v̇o etsi cōtingat esse habituꝫ: non tn̄ est necessarium: vt aial: ⁊ si contingat esse hoīem non tn̄ necesse est esse hominem: potest enim esse leo.

**¶ Aliud v̇o genꝰ qualitatis est ꝫ ꝙ pugillatores vel cursores vel salubres vel isalubres dicimus: ⁊ simplr̄ quecūꝗꝫ ꝫm potētiā nālē vel ipotētiā dicunt̄. Nō enī qm̄ sunt dispositi aliquo mō vnūqdꝗꝫ huiusmodi dr̄: ꝫ ꝙ hn̄t potentiā nālē vel facere qdem facile: vel nihil pati: vt pugillatores vel cursores dicunt̄ non ꝙ sint dispositi: sed ꝙ habeant potentiaꝫ hoc facile faciendi. Sanatiui aūt dicuntur eo ꝙ habeant potētiaꝫ nālem vt nihil a qbuslibet accidentibus patiantur. Egrotatiui v̇o ꝙ habeāt impotētiā nihil patiēdi. Silr̄ aūt his ⁊ molle ⁊ durū se habēt. durū enim dicit̄ qꝛ habeat potentiam non citius secari. molle v̇o ꝙ habeat eiusdem ipsius impotentiam.**

¶ Hic iaꝫ ponit̄ 2ª spēs q̄litatis. s. nālis potētia vel ipotētia: ⁊ duo facit. Prio ꝓponit eā cū exēplis dicēs. aliō v̇o genus ⁊c̄. ¶ Ubi duo aduertēda sūt. Primū est ꝙ spēm hāc genus noīauit: tuꝫ vt psuaderet ꝙ spēs subalternas q̄litatis enumerat. tū qꝛ manifestū est nālē potētiā ⁊ ipotētiā in vnā spēm spālissimā nō ꝯuenire. ¶ 2m̄ est ꝙ genꝰ hoc ab antiqs vocatū aptitudo ab Aristo. noībus suaꝝ spērū vocat̄ nālis potētia vl' ipotētia: nō copulatiue sed diuisiue: vt Alberto placet: qꝛ in vnā nō ꝯueniūt naꝫ pluribus āt noībꝰ: qꝛ ipotētia sub aptitudine nō ꝯueniēter enumerat̄. Scd̄o ꝓposita manifestat. ꝓposuit āt nois gn̄is huiꝰ ⁊ exª: ⁊ iō singula explanās in primis d̄clarat (ly nālis) dicēs qualitatē hāc iō dici nālē: qꝛ nō exercitio acqsita sed a nā indita sit: nō. n. dicūtur cursores: potentes facile currere: eo ꝙ sint dispositi ꝑ artē aliquā ad currēduꝫ: ꝫ eo ꝙ nāleꝫ hn̄t aptitudinē seu potētiā ad facile currēdū: qꝛ. s. hn̄t crura longa ⁊ agilia ⁊ corpus nō graue ⁊c̄. sumit̄ ergo hic nāle vt distinguit̄ ꝯ̄ acqsitū. Sꝫ discrete audiēdū ē nālē potētiā ⁊ ipotētiā naꝫ ꝯsequi: qm̄ nālis potētia naꝫ sequit̄ ita ꝙ ab ea emanat tāꝗꝫ eiꝰ proprietas pfectiua. nālis aūt ipotētia nām ita cōsequit̄: ꝙ potiꝰ nāe defectū seqni dicit̄ ab Alberto: illa siqdē seqt̄ victoriā forme supra mām. i. ꝑfectā subiectionē māe sub forma. ista aūt victoriā materie supra formā. i. incōpletā cōprehensionē māe a forma. Deinde declarat (ly potētia vel ipotētia) dicēs ꝙ potētia vocat̄ ꝑn̄m facile faciēdi aliqd: aut nihil patiendi. i. fortiter resistēdi: vt pugillatores dicunt̄ eo ꝙ nālē potētiā habeāt ad facile dandū fortes ictus: ⁊ sanatiui seu salubres dicunt̄ qui potētiā nālē hn̄t nihil patiēdi a ꝯ̄riis inductiuis infirmitatis. ipotētia āt dr̄ ꝑn̄m ipotēs ad resistēdū aut ad facile faciendū. tale siqdē aut idē est ꝙ ipotētia ad nihil patiendū: vt egrotatiui dicunt̄ eo ꝙ hēant ipotētiā nālē vt nihil resistere possint ꝯ̄riis: ac per hoc facile patiunt̄: ⁊ ꝯn̄r ipotētes sunt ad nihil facile patiēdū: aut idē est qd̄ ipotētia ad facile aliqd explēdū: vt inepti ad cursuꝫ dicunt̄ ipotētiā hr̄e nāleꝫ ad currēdū ⁊c̄. Demū addit ꝙ silr̄ his se hn̄t duruꝫ ⁊ molle ⁊ est sn̄ia clara. ¶ Notādū est hic ꝙ ipotētia duplr̄ sumi pōt. s. priuatiue: ⁊ sic qꝛ nō significat aliqd̄ positiuū ꝫ priuationē potētie: iō nō sumit̄ hic ipotētia priuatiue. Alio mō sumi pt̄ ꝯ̄rie: ⁊ sic significat aliqd positiuū. s. ꝑncipiū facile patiēdi aut difficile operandi: vt dictū est: ⁊ sic sumitur hic: qm̄ spēs qualitatis ponit̄: constat enim spēm qualitatis esse non posse nisi positiuū aliquod ⁊c̄.

Circa ordinē duaꝝ iaꝫ expositarū spērum dubiuꝫ occurrit: eo ꝙ prepostcrus videt̄: nālis siqdē potētia vel impotētia: cū naꝫ sequat̄ ꝑor nāliter est habitu ⁊ dispōne aduenientibꝰ aliunde saltē cōpletiue. ergo nālis potētia debuit ꝑmo loco poni. ¶ Ad hoc dubiū dupliciter rn̄der. s. Tho. ꝑmo ꝙ qꝛ habitus ⁊ dispō perficiunt subiectū nō absolute sed in ordine ad nām ⁊ nā est ꝑmū qd̄ est in re: ideo habitꝰ ꝑmū tenet locū. Et iuxta ꝫ dicit̄ ad rōnē in oppositū ꝙ lꝫ res que est habitus sit posterior potentia nāli: qꝛ tn̄ id in ordine ad qd̄ pficit habitus: est ꝑus eo in ordine ad qd̄ pficit potētia nālis: qꝛ nā est ꝑor opatione: ⁊ hoc est potiꝰ intuēdū iō ⁊c̄. ¶ 2° dicit ꝙ lꝫ nālis potētia sit prior habitu ordine gn̄ationis: habitus tn̄ est ꝑor nāli potentia ordīe pfectiōis sicut actus est ꝑor potētia: ⁊ qꝛ hic ordo est prior simpliciter: iō habitum primo posuit: ⁊ iuxta hoc pꝫ responsio ⁊c̄.

**¶ Tertia vero species qualitatis est passibiles qualitates ⁊ passiones. sunt autē huiusmodi vt dulcedo ⁊ amaritudo ⁊ austeritas ⁊ oīa his cognata. Amplius autēꝫ ⁊ calor ⁊ frigus**

[illegible]

⁊ albedo ⁊ nigredo. Et quoniā hec qualitates sunt manifestum est.

¶ Hic ponit tertia spēs q̄litatis: circa quā tria facit. p̄io pponit eā cū exemplis dicēs. Tertia vero species ⁊c. ¶ Ubi aduertēdū p̄mo est q̄ alternatim vtit̄ noīe spēi ⁊ generis: vt insinuet vt supra diximus: q̄ de subalternis spēbus sermo est: deīde q̄ lz ab antiquis spēs hec casus vocaret̄: Aristoteles eā duplici vocabulo inserta cōiunctione copulatiua eā vocauit: ⁊ duob⁹ qdē vsus est nominib⁹: nō q̄ due sint spēs: s; q̄ oppositos modos eiusdē spēi iportāt. s. difficile ⁊ facile mobile: cōiunctione āt copulatiua vt ostēdat eandem rem vtriq; subesse.

**Circa** exēpla demū data notandū est: q̄ dubitatio q̄dam quosdā inuasit. Cur Aristoteles non adduxit in exemplū qualitates odorabiles ⁊ audibiles sed gustabiles tangibiles ⁊ visibiles tm̄. Nec vr̄ eis satisfieri dicendo q̄ nō exigebat tractatus hic adducere oīa in exemplū: qm̄ cum credatur Aristotelem nō nisi artificio se loqui: dubium restat cur sensibilia gustu tactu ⁊ visu magis q̄ alia adduxit. ¶ Ad hoc (q̄cqd ab alijs dicat̄) videtur mihi dicendum q̄ cōsulto Aristoteles tres has species sensibilium adduxit: intendebat siquidem statim ostēdere q̄ⁿo diuersimode hee qualitates passibiles essent: ⁊ vt clare patet infra: alia ratione qualitates visibiles dicuntur passibiles: ⁊ alia cetere. Et quoniam inter ceteras est hec differentia q̄ vel faciunt passionem s̄m illam qualitatem sensibilem vel s̄m aliquā adiunctam: ⁊ hec dr̄ia manifestissime p; inter tāgibile: ⁊ gustabile: q̄ calidum tactum facit organum calidū. dulce v̄o gustatū ⁊ si nō faciat organū dulce: facit tm̄ ipsū humidū: iō ad insinuandā manifeste diuersitatē qualitatū i hoc q̄ passibiles dicuntur: supradicta delegit exēpla. Uel ideo q̄ passiones anime s̄m hec sensibilia cōiter ab oībus experiuntur magis q̄ s̄m alia: vt patet.

¶ **Quecūq; enim ista susceperint qualia dicūtur s; ea vt mel quoniā dulcedinē suscipit dulce dicit̄: ⁊ corpus albū: eo q̄ albedinē suscipit: similiter autē se habent in ceteris.**

¶ Hic scd̄o volens preposita manifestare: incipit a passibili qualitate: intendēs declarare q̄ supradicta sint ⁊ q̄litates ⁊ passibiles. ⁊ p̄io d̄clarat q̄ sint qualitates ex descriptione qualitatis sic. ea s̄m que qualia dicunt̄ q̄litates sunt: sed ista sunt h°: q̄ quecūq; susceperint ista dicūtur qualia. mel enim qm̄ dulcedinem suscipit quale dicit̄ dulce ⁊c. ergo ista ⁊ similia sunt qualitates ⁊c.

¶ **Passibiles v̄o qualitates dicūtur nō q̄ hec q̄ illas susceperīt q̄litates aliqd patiant̄. neq; enī mel q̄ aliqd passū sit idcirco dr̄ dulce: nec aliqd aliud hmōi. Silr̄ āt his ⁊ calor ⁊ frigus passibiles qualitates dicūtur: non q̄ ipsa que eas suscipiūt aliqd passa sint: s; qm̄ singula eorū q̄ dicta sunt s; sensuū q̄litatē passionis pfectiua sūt: passibiles q̄litates dicūtur. dulcedo enī quādā passionē s̄m gustū efficit: ⁊ calor s; tactū: silr̄ āt ⁊ alie. Albedo āt ⁊ nigredo ⁊ alij colores nō silr̄ his q̄ dicta sunt passibiles q̄litates dicūtur: sed hoc q̄ he ipse q̄litates ab aliquibus passiōib⁹ inascūtur. Qm̄ ergo fiunt p aliquā passionē multe colo℞ mutationes manifestū est. rubescens enī aliqs rubeus factus est: ⁊ timēs pallidus: ⁊ vnūqdq; taliū. Quare vel siqs nāliter aliqd taliū passus est similē colorē op; eū hr̄e. Que. n. affectio nūc ad verecūdiā circa corpus facta est: ⁊ s; nālem passionē eadē fiet actio: vt naturalis color sit similis.**

¶ Declarato q̄ h° sint q̄litates declarat mō q̄ nō q̄lescūq; qualitates sunt s; q̄litates passibiles. ¶ Ubi prelibādū est: q̄ cū passibile a passione dicat̄: aliqd pōt dici passibile quatrupliciter. ¶ Primo ⁊ ppriissime q̄ est aptū natū ad suscipiēdā passionē. ¶ Scd̄o q̄ in receptione ipsius in alio: suscipiēs ipsū patit̄. ¶ Tertio q̄ est causatiuū passionis. ¶ 4° q̄ est effectus passionis. ho℞ autē modo℞ tres vltimos Aristote. exprimit in lr̄a. p̄mo sub silentio ptransito: q̄ clarissimū est q̄ qualitas nō pōt dici passibilis illo mō: q̄ ipsa subiectū alio℞ non est: sed in subiecto sustētat̄. Tāgēs ergo hos tres modos: p̄mo excludit eo℞ p̄ᵐ modū a nostro proposito dicēs. passibiles v̄o q̄litates nō iō dicunt̄: q̄ hec subiecta q̄ illas susceperint aliqd recipiēdo patiant̄: ⁊ hoc declarat exēplariter. p̄mo in gustabilib⁹: deinde in tangibilib⁹ vt p;. Excluso aūt ⁊ hoc mō qm̄ duo reliqui pposito ↄstructiue deseruiūt tali eos ordie tāgit: q̄ð statī subdit q̄ iō alique q̄litates vt gustabiles ⁊ tāgibiles dicunt̄ passibiles: q̄ sunt cāīue passionū s̄m sensū: ⁊ sic tertiū modū tetigit. vnde ait (S; qm̄ singula eo℞ que dicta sunt. s. gustabiliū ⁊ tāgibiliū sunt passionis pfectiua: s; q̄litatē sensuū. i. s̄m q̄ qualificāt sensus: iō passibiles dicunt̄ q̄litates.) ⁊ subdit exēpla manifesta. Deinde vltimū modū tāgēs quo. s. aliqd dr̄ passibile: q̄ est effectus passionis subdit: de visibilibus q̄ albedo ⁊ nigredo ⁊ alij colores: nō dicunt̄ q̄litates passibiles ea rōne qua p̄cedentes. S; q̄ ipsi colores q̄litates sūt q̄ ab aliqb⁹ passionib⁹ inascunt̄. Et qm̄ dubiū esse poterat circa hoc vltio dēm̄. s. q̄ colores ab aliqbus passiōib⁹ inascunt̄: iō statim hui⁹ declarationē subdit. ¶ Ad cui⁹ euidētiā sciēdū p̄mo est q̄ color vnus s̄m spēm h; duplicē modū essendi. s. firmiter: vt p; in nāliter rubeo: ⁊ instabiliter: vt p; i rubicūdo ex verecūdia: ⁊ q̄ effectus pportionati sunt causis cōsequēs est hec tria in cā coloris inueniri: ita q̄ cām coloris vnā s̄m spēm ⁊ stabile ⁊ fluxibile hr̄e esse contingit: vt sic vnitas cause vnitatē effectus: ⁊ modus essendi cause modū essendi effectus preueniat. ¶ Sciendū 2° est q̄ q̄ color cito transiens vt patebit nō numerat̄ iter q̄litates sed passiones: ⁊ sermo p̄ns est d̄ colore qui simpl̄r appellat̄ q̄litas. hunc aūt cōstat esse colorē hn̄tē esse firmū ⁊ stabilē: ideo Aristoteli nō sat fuit q̄ ad sensū pateat colorē gn̄ari ex passione in verecūdo ⁊ timido ⁊c. sed voluit rōne manifestare q̄ color firm⁹ ex passione fieret. Et q̄ a notiorib⁹ nobis inata est nobis via pcedēdi: iō ex cā coloris trāseuntis cām coloris pmanentis manifestauit: vt p; in textu. Cōsistit aūt rō eius in hoc: coloris trāseūtis cā est passio ergo ⁊ coloris pmanētis cā est passio: pmanēs tm̄. ↄñtia fundat̄ sup illa ppositione: vnius effectus s̄m spēm vnica est cā s̄m speciem: ī vno genere cause ⁊c. ⁊ alijs dictis in p̄mo notandū: ab Aristotele v̄o hic vbi superficieten⁹ loquit̄: nō pbat̄ sed declarat̄. dum postq̄ antecedens posuit subaudito cōsequente subdit: q̄ si quis aliquid taliū passionū. s. timoris vel verecūdie passus est nāliter. i. nō per modū passionis que trāsit cito. sed firmiter per modum quo nālia insunt: puta q̄ sit nāliter timidus vel verecūdus similem enim habere colorē necessario est: qm̄ ex sim̄bus causis similes pueniunt effectus. Sic enī corpus eius qui ex verecūdia ruber affectione q̄dā imutat̄: puta q̄ spiritibus ad cor vnitis sanguis in faciē spargit̄:

ita in eo qui naturaliter rubens est sanguinē naturalr in facie spar sūz eē ɔtingit vt sic color nālis sequat̄ passionē naturalē: ꝛ color transiens sequat̄ passionez simpliciter.

¶ Quecūqꝫ ergo taliū casuū ab aliqbꝰ passionibus difficile mobilibꝰ ꝛ pmanētibꝰ principiuz sumpserit: passibiles q̄litates dicūtur. siue. n. vel fz naturalē subaz pallor aut nigredo facta est qualitates dicūtur. Quales. n. ꝛ fm eas dicunt: siue pp egritudinē longā vel estuz aliqd tale cōtingit: vel nigredo vel pallor: ꝛ nō facile preterit ꝛ in vita permanet: q̄litates ꝛ iste dicunt. Silr eni q̄les ꝛ fz eas dicimur. Quecūqꝫ vo ex his que facile soluūtur ꝛ cito trāseūt fiunt: passiones dicūtur. nō eni dicimur fz eas q̄les. neqꝫ eni qui pp verecūdiā rubeꝰ factꝰ est rubeus dr: nec cui pallor pp timorē venit pallidus est: sz magis ꝙ aliqd passus sit: q̄re passiōes hmōi dicunt: q̄litates vo minime. Silr aūt his ꝛ fz aiaz passiones passibiles q̄litates dicunt. Quecūqꝫ eniz mox inascēdo ab aliqbus passionibus fiūt q̄litates dicuntur: vt demētia vel ira vel alia hmōi. quales eni fz eas dicimur. i. iracūdi ꝛ demētes. Silr aūt ꝛ quecūqꝫ alie nationes nō nāliter sed aliqbus casibus facte sunt difficile preterreūtes ꝛ oīno imobiles ēt hmōi qualitates sūt: q̄les eniz ꝛ fz eas dicimur. Quecūqꝫ vo ex his q̄ citius ꝑtereūt fiunt: passiones dicūtur: vt sigs cōtristatꝰ iracūdior fit. nō eni iracūdus dr q i hmōi passiōe iracūdior ē: sz magis aliqd passus. Quare passiones qdē hmōi dicūt: q̄litates vo minime.

¶ Hic tertio cōcludit que sint qualitates passibiles ꝛ que passiones: sicqꝫ differentiam inter eas ostēdit: ꝛ quoniā vterqꝫ nō solū inter corporū accidentia: sed etiā inter aie accidētia inueniunt: idcirco pmo manifestat propositum in corporibus. deinde in aīa. Distinguit autē qualitates passibiles corporū in duos modos quibus causari possunt a nā. s. ꝛ ab infirmitate lōga vel cōtinuo estu vel aliquo hmōi. Dicit ergo ꝙ quecūqꝫ taliū casuū. i. qualitatū quas ab ātiqs casus vocari dictū est: qꝛ casualiter quādoqꝫ fiunt: inascunt a passionibus firmatis ꝛ difficile mutabilibus: passibiles qualitates sunt siue passiōes ille firme ex nāli cōplexiōe sint: siue ab extrinseco aduenerint: dū modo firmate sint: ꝛ rōnē subdit: qꝛ fm tales quales dicimur. dr siqdē palidus: ꝛ qui nāliter est pallidus: ꝛ qui ex aliquo timore pallorē radicitus susceperit. Ad passiones deinde declarandas se trāsferens ait. ꝙ quecūqꝫ hꝫ sunt cito trāseuntes ꝛ nō radicate: passiones dicunt: ꝛ nō qualitates passibiles: ꝛ subdit rōnē q̄re nō dicant q̄litates: qꝛ. s. fm hmōi affectiones trāseūtes nō dicimur quales: sz passi potius tale quid. si. n. qs ex verecūdia ruborem incurrit. nō dr ꝓpterea rubeus: sed ruborez passus. Differt ergo q̄litas passibilis a passione fm modū essendi: qꝛ. s. passio importat qualitatē facile mobilē: passibilis vo qualitas qualitatē difficile mobilē. Expeditis aūt his quo ad corporales qualitates: ad aie qualitates sermonē dirigit: tres similes gradus in eis distinguēs. s. cito trāseuntiū q̄re passiones vocant vt subite ire ꝛ tristitie ꝛc. ꝛ cātaꝝ firmiter ab aliqua infirmitate vel accidēti aliquo forti: vt demētia ex amissione reꝝ ꝛc. que passibiles q̄litates dicunt: ꝛ causataꝝ a nā vt nālis timor: vel stultitia ꝛc. que passibiles etiā qualitates sūt: pbatqꝫ singula vt supius circa q̄litates corporis fecit. ꝛ est sermo clarus ex se. ¶ Ad euidētiā eoꝝ que hic dicūt scrutādū est: quō passionis noīe hic vtat̄ Aristoteles: pōt siqdē q̄drupliciter sumi. Pmo cōiter pro oī receptiōe siue pfectiua tm̄ siue corruptiua ꝯꝝ: put nō soluz calefieri ꝛ tristari ꝛ letari: sed illuminari sentire ꝛ intelligere qōdaz pati dr: vt pz in 3° d aīa. Scdo ꝓprie pro passiua trāsmutatione cū abiectione ꝯrij: put calefieri ꝛ frigefieri in passiōis gn̄e collocant. sic. n. sūpta passio genꝰ gn̄alissimū ē. Tertio trāsumptiue pro operatiōe appetitꝰ sensitiui ꝓut ira gaudiuz dolor spes ꝛ hꝫ passiones dicunt: eo ꝙ p tales operationes aīa ad res obiectas quodāmodo trāsferat̄ passione corporali vt mā subseruiente. Uel iō qꝛ cū voluntarium cōsistat in agendo: ꝛ opationes he inter volūtaria annumerate: inuitos plerūqꝫ afficiunt ac si voluntati non subessent: passiones merito vocant̄: abiecto tā actionis q̄z operatōis vocabulo ꝛc. vt in moralibꝰ determinatur. Quarto modaliter pro qualitate sensibili ꝛc. existēte per modū passionis in trāsitu. passio eni cū vel motus sit vel in motu cōsistat: fluens esse hꝫ. Cū aūt Aristoteles passionis vocabulo dupliciter hic vtat̄. s. vt noīe significante aliqd in hac specie tertia repositū: dum dicit: tertia spēs qualitatis est passio ꝛc. ꝛ vt noīe a quo sumptū est ly passibile dum dicit: qualitatem passibilem dici: vel iō ꝙ inferat passionē: vel ꝙ inferat̄ ab ea: nō est difficile videre: quō passionē acceperit distinguēdo eaz cōtra passibilem qualitatē. ɔstat eni ꝙ quarto mō accepit passionē s. pro qualitate sensibili cito trāseūte: quā vocauit passionē: vt dictū est a mō essendi: qꝛ. s. est per modū passionis. Sed difficile est clare ꝑcipere quō vsus fuerit passionis noīe dum qualitatē passibilem a passione vt effectu vel vt cā denoiauit: vniciuqꝫ siquidez antecedētium triū modoꝝ testimoniū prebet textus. ꝙ enim accepta sit passio cōiter: ex eo habet̄ qō in textu dicit̄ calorem ꝛ saporē esse qualitates passibiles: qꝛ fm sensum qualitatez passionis perfectiua sunt. Cōstat enim ꝙ perfici fz sensus qualitatez non nisi cōmuniter est passio. In oppositū aūt est: ꝙ si passionē cōiter accepisset: idē esset iudiciū de colore ꝛ calore ꝛ sapore: qō expresse Aristoteles negat. Passionem vo ꝓprie sumptā esse Albertus testat̄. Et rō cōfirmat: qꝛ noīa simplr prolata proprie intelligēda sunt. In oppositū aūt est: qꝛ si a passione ꝓprie dicta qualitas dr passibilis: cur nō melius denoiat̄ a passione qua in subiecto fit: q̄z a passione quā in alio causat. melius aūt dico qꝛ ab illa passiōe pōt denoiari qualitas passibilis nō solum gustabile aut tāgibile: sz ēt color: qm̄ patitur passione proprie dicta subiectum dū colorat̄. Preterea opꝫ fz hoc equiuoce Aristotelem vsum esse passione: a qua dr q̄litas passibilis: qm̄ iuxta hāc viā: sapor dr q̄litas passibilis a passiōe ꝓprie dicta. color aūt dr qualitas passibilis a passione trāsumptiue sumpta: qm̄ expsse Aristoteles ait colorē esse passibilez qualitatē: qꝛ inascit̄ ex passione. i. timore aut verecūdia. Q ꝫ autē passio tertio mō. i. trāsumptiue pro actu appetitus sensitiui sumpta sit. idu ctus nūc vltio textus explicite sonat. In oppositū autez sunt ea que preinducta mēbra cōfirmant. ¶ Quāuis āt difficultas hec solui possit sustinēdo ꝙ de passione ꝓpe sumpta pro transmutatione. s. corporali cum adiectione cōtrarij sermo sit. Uidetur tm̄ mihi passionē tertio modo sumptaz esse. s. pro opatione appetitus sensitiui: puta delectatione tristitia timore ꝛ desiderio ꝛc. Tum vt nō fateamur

teamur difformiter accipi passionē a qua denoiatur qlitas passibilis qñdo vt effectus: ꝛ quando vt causa: nomen dat. Tū qꝛ passio hec sumpta passionē proprie sumptam per se includit. Cadit siquidem materialr in diffōne opationis appetitus sensitiui passio proprie sumpta: vt pꝫ cū dicit ꝙ ira est accēsio sanguinis circa cor. Tum qꝛ textus plurimū fauet huic sensui: verba siquidē illa: pro passione perfectiua adducta: hoc insinuāt qꝛ sensus verborum est: ꝙ gustabile ꝛ tangibile qualitates passibiles dicuntur: qꝛ ſm sensuum qualitatē. i. qꝛ ex hoc ꝙ sensus qualificāt perfectiua sunt passionis: puta delectationis vel tristitie: expimur nāqꝫ ꝙ gustabile gustatuꝫ delectationem vel tristitiā vel desideriū ꝛc. pariter ꝛ similiter tangibile. Testimoniū ꝟo Alberti: ratione cōfirmatum nihil penitus obstat: qm̄ (vt ex dictis patet) passio appetitus sensitiui passionē proprie dictā includit: nō per accidens: dicta ē ergo qualitas passibilis: a passione anime: quā nata est causare: vel a qua nata est causari ꝛc.

Circa illa exēpla: calor ꝛ frig⁹: dubitat ex eo ꝙ Aristoteles expresse posuit calorē ꝛ frigus in pͥma specie qlitatis ꝛ nunc ponit in tertia. quō pn̄t hec simul stare: ¶ Ad hoc dubiū mltiplr rn̄det (vt a sancto Tho. accepimus.) Quidā enim dicūt calorē ꝛ frigus: vt sunt in motu collocari, in hac 3ª specie: vt aūt pfectuꝫ esse hn̄t: reponi in pͥma specie. Sed ꝯ hoc instat Simplicius: qꝛ ſm hoc Aristoteles debuisset reponere in 3ª specie calefactionē ꝛ in pͥª calorē: qđ non fecit: qꝛ in vtraqꝫ posuit calorem. ¶ Porphyrius aūt scalā qͣtuor graduū fecit. ꝛ dixit calorē participatū ita imperfecte ꝙ non possit aliud calefacere si est facile mobilis passionē eē: si difficile mobilis: qualitatē passibileꝫ: participatum ꝟo ita ꝙ possit alterꝫ calefacere si facile mutabilis dispōnem. si radicatus ꝟo ꝛ imobilis habituꝫ esse: vt sic naturalis pcessus de impfecto ad perfectum a passione ad passibilē qualitatem: ꝛ ab hac ad dispōnem: ꝛ ab hac ad habitū cōpleretur. ¶ Sꝫ h̄ quoqꝫ Simplicio nō placet: qꝛ ſꝫ hoc nō est diuersitas specifica inter diuersas spēs: qđ rationi repugnat. Manifeste siqdem liquet oēm dictā vͣriam materialem esse: vtpote que ſm maiorē vel minorē participationem in subiecto attēditur ꝛ formalē diuersitatē nō faceret. ¶ Propterea alr dicēduꝫ est: ꝙ. s. calor ꝛ frigus simplr in hac tertia specie reponitur. calor aūt ꝛ frigus vt ꝯueniētia vel discōueniētia nature in pͥma spē reposita sunt. sic. n. constituūt sanitatē aut infirmitatē: ꝛ silr est de colore ꝛ figura vt cōstituūt pulchritudinē vel turpitudinē. hoc aūt dixisse nihil aliud est: qꝫ dixisse sanitateꝫ de cuius rōne est ꝙ cōsistat in adequatione caloris ꝛ frigoris esse in pͥma specie: ꝛ similiter pulchritudinē de cuius ratione est ꝙ cōsistat in proportione figure ꝛc.

Circa illa verba. passibiles ꝟo qlitates dicūtur: non ꝙ hec que illas susceperint qlitates aliqđ patiātur ꝛc. ¶ Aduerte nouitie diligēter intētionē Aristotelis ꝛ cessabit dubiū: nō intēdit inqrere nūc de rebus sed de rōnabili nois impositione. vnde. s. qlitas dicta sit passibilis. Et ideo nō negat per hec verba subm pati pprie suscipiēdo qlitates passibiles: hoc eniꝫ si negaret falsuꝫ diceret: sꝫ negat ex tali passione subi dictā eē passibileꝫ qlitatē volēs ɔsequēter apire ꝙ ab aie passiōe vt effectu vel cā (vt declaratū fuit) vt dicta est qlitas passibilis.

¶ In hac 3ᵃ parte capituli huius ꝓbatur sbas separatas esse compositas ex esse ꝛ essentia. ¶ Sȝ anteꝗ̄ ad ꝓbationem accedatur prenotandum est in substantijs mālibus inueniri 4ᵒʳ realiter distincta.s.mām: formam: essentiam compositam ex eis: ꝛ essentiam. In hoīe enim est considerare mām in qua recipitur eius forma: ꝛ formā ipsam que est illius māe actus: ꝛ essentiam humanam que nec est mā nec forma: ꝛ esse actualis existentie quo homo formaliter existit in rerum nā: vnde fit vt in istis substantijs due compositiones pertinentes ad genus sbe reperianᷣ. Quarum ꝑᵃ est ex mā ꝛ forma. Scdā est ex essentia ꝛ existentia que vocatur cōpositio ex esse ꝛ essentia. ¶ Conueniunt autem inter se ꝛ differunt he cōpositiones. ¶ Conueniunt quidem in duobus. Primo in hoc ꝙ vtraꝗ constat ex actu ꝛ potentia: mām enim ꝛ formā clarum est se habere: vt potentiam ꝛ actum: essentia aūt ꝛ esse ex eo liquet ꝙ se habent vt potentia ꝛ actus: qꝛ quiditas quelibet ex hoc ponitᷣ in rerum nā ꝙ existentiaȝ acqrit. ¶ Secundo conueniunt in hoc ꝙ vtriusꝗ extrema sunt in eodem gñe: tā enim mā ꝛ forma hois ꝗ̄ essentia ꝛ esse eius in gñe sbe ꝛ specie humana reponuntur. ¶ Differūt aūt quo ad decem. ¶ Primo. qꝛ extrema prime cōpositionis sunt partes sbe ꝛ non sunt sba ꝓprie loquendo: vt patet. Materia enim ꝛ forma non sunt in gñe sbe nisi reductiue: vnde predicationem sbe (que est genus gñalissimum) nō nisi in obliquo suscipiunt. Extremoꝝ ꝟo 2ᵉ cōpositionis neutrum est pars sbe: sed alterū est sba: essentia.s. que est in recta linea predicamētali: alteruȝ ꝟo extra sbam.s. existentia. ¶ Secundo differunt. qꝛ extremum illud qđ se habet vt potentia in ꝑᵃ cōpositione est ens pure potentiale: mā.s. Extremum ꝟo illud qđ se habet vt potentia in 2ᵃ compositione nō est pura potentia: sed ens in aliqua specie quiditatiue completum (essentia scilicet.) ¶ Tertio differunt. qꝛ extremum illud qđ se habet vt potentia in ꝑᵃ compositione non est id qđ est: nec qđ fit ꝓprie loquendo. Materia enim non fit: vt dicitur. 7° metaphysice. tex. cōmen. 27. eiusdem autem est esse: cuius est fieri: cuȝ fieri ad esse terminetur. Extremum ꝟo id qđ in 2ᵃ compositione se habet: vt potentia est id qđ est: ꝛ fit: cum ois factio ad compositum terminetur: vt ibideȝ dī. ¶ Quarto differunt. quia extremum illud qđ in ꝑᵃ compositione se habet: vt actus non est vltima actualitas rei: sed causat aliū vlteriorem actū: forma enim hominis que eius mām informat causando totum compositum complet propriuȝ receptiuum ipsius existentie: ꝛ sic eam causat que est vlterior actus. Extremum ꝟo illud quod in 2ᵃ compositione se hȝ vt actus est vltima actualitas illius generis: post existentiam enim sortis nihil sibi substātiale amplꝰ aduenit. ¶ Quinto differunt. qꝛ extremum illud quod in ꝑᵃ compositione se hȝ vt actus est ita actus: qđ tñ comparatur ad aliud vt potentia. Extremum ꝟo illud qđ in 2ᵃ compositione se hȝ vt actus est ita actus ꝙ ad nihil ipsius rei comparaᷣ vt potentia. Qđ patere potest aduertendo ꝓportionem que est inter formam ꝛ exñtiam. Est eniȝ ꝓportio forme ad esse actuale: sicut ꝓportio diaphaneitatis ad lumen: forma siquidem recipit exñtiaȝ ꝛ causat eam: sicut diaphaneitas lumen. Sicut nanꝗ aer in eo ꝙ aer non est capax luminis: sed opȝ ipsum diaphaneitate informari: vt ꝓpriū receptiuū luminis fiat: ideoꝗ neꝗ aer nec diaphaneitas: sed aer diaphanus est qui ꝑ luminosus est est: lȝ secundario tā aer ꝗ̄ diaphaneitas lumine clarearit: ita in ꝓposito mā sola non est capax exñtie: quia actus in ꝓpria suscipi dȝ potentia: sed opȝ in ipsa formaȝ recipi vt proprium exceptiuum existentia fiat: nō mā nec forma: sed compositum ex eis. Id enim quod primo existit est compositum: cuius primo etiam est fieri: tñ tam materia ꝗ̄ forma secundario actuatur illamet existētia: vnde sicut diaphaneitas est causa formalis aeri diaphano: ꝛ eius complementum formale ad hoc: vt proprium susceptiuum luminis fit: ꝛ cum hoc comparatur ad lumen adueniens: vt potentia recipiens: lȝ secundario ad actum: ita forma est causa formalis composito ꝛ cōplementum eius formale ad hoc: vt ꝓprium receptiuuȝ exi-

Conueniētia ꝛ differentia inter compōnē ex mā ꝛ forma ꝛ cōpōnē ex eēnᵃ ꝛ esse

Differentia ꝑma

2°

3°

T. c. 27 ꝛ. 12. me. t. c. 12.

4°

7. met. t. c. 27.

5°

nō optime hāc sbrīᵐᵃᵐ doctinā

stentie sit: ac per hoc comparat̃ ad ipsam exñtiã subseq̃n tem: vt potentia recipiens: secundario vero ad actum rece ptum: vnde fit vt ipsum esse actualis exñtie ad nihil aliud comparet̃: vt potentia ad actum: s3 sit vltima actualitas oĩs rei etiam ipsius forme.

6° ¶ Sexto differunt: q2 extremum illud qd̄ in p̃a cõpositione se h3 vt actus: est de intellectu: seu diffinitione rei intrinsece. forma eni3 s̃m oẽs intrinsece in diffinitione ↄcipitur. Extremum vero illud qd̄ in 2a cõpositione se h3 vt actus est extra q̃ditatem rei. diffinitio enim non sig̃t esse: vel nõ eẽ: vt dĩ p̃mo posterioꝝ.

T. c. 25.

7° ¶ Septimo differunt q2 ex extremis p̃e cõpositionis fit vnum 3m per se vnu3. Ex extremis vero 2e cõpositionis nõ fit vnum 3m per se vnum: neq3 per accidens ꝓprie loquendo. Et colligitur ratio huius dr̃ie ex supradictis. vnum enim per se nõ fit nisi ex duobus: quoꝝ vtrũq3 est ps sbe. nulla enim sba cõpleta facit vnum per se cum quocũq3 alio: ⁊ quoꝝ alterum est puta potentia. ex duobus enim actibus nõ fit 3m per se vnum: ⁊ quoꝝ alterũ est ita actus vt possit cõparari ad aliquid aliud vt potẽtia. partes. n. sunt mã totius 5e metaphysice. textu cõmenti. 3. Cum aũt in p̃a cõpositione oẽs iste ↄditiones salvent̃. in 2a vero nulla: sequitur q in 2a cõpositione non fiat vnum 3m per se: neq3 etiam vnum per accidens fit: quia vnum per accidens aggregat res diuersorum generum: cum his tñ stat q essentia per se adunetur cu3 esse.

T. c. 3.

8° ¶ Octauo differunt quia p̃a compositio est cõpositio ex his: ⁊ ideo fit ibi vnu3 3m. Secunda vero est compositio cum his. Nulla enim res datur que constet ex essentia: ⁊ existentia ꝓprie loquendo: sicut datur res constans ex mã ⁊ forma: sed essentia componit cum existentia ⁊ econuerso. ⁊ ideo dictu3 est q adunẽtur per se: non tñ componendo 3m.

9° ¶ Nono differunt. q2 p̃a compositio ad pauciora se extendit q̃3 2a. Extrema enim prime compositionis non inueniuntur nisi in rebus sensibilibus. eam nãq3 solam ex mã ⁊ forma constare supra conclusum est. Extrema vero 2e compositionis reperiũtur ⁊ in rebus sensibilibus ⁊ in rebus imaterialibus. habent enim intelligentie quiditatem ⁊ existentiam: vnde p̃a cõpositio infert 2am ⁊ non econuerso. omne enim compositum ex mã ⁊ forma est compositum ex essentia. ⁊ esse. sed non conuertitur.

ca. 2. c° 5. i pti°

10° ¶ Decimo differunt quo ad passiones suas: compositionem enim p̃mam quantitas: accidentia sensibilia: ⁊ trãsmutatio saltem localis sequitur. Cõpositionem aũt 2am neq3 gñо neq3 corruptio neq3 trãsmutatio aliqua physica sequitur: sed tñ recipere ⁊ recipi: perficere ⁊ perfici: q2 hec sequũtur actum ⁊ potentiam: illa vero mãm ⁊ formam. In littera igitur hanc 2am cõpositionez in omni ente citra p̃m inueniri probatur tali ↄne proposita. Omne ens aliud a primo est cõpositum ex esse ⁊ essentia. Ratio talis est oẽ hñs aliquid realiter sue quiditati coniunctum qd̄ est extra essentiam eius est cõpositu3 ex quiditate ⁊ illo additamento. i. essentia ⁊ esse: oẽ ens aliud a deo habet aliquid reale sue quiditati realiter cõiunctum extra essentiam eius. s. esse. ergo oẽ ens aliud a deo est compositu3 ex esse ⁊ essentia. Maior relinquitur s̃ sanctu Thoma pro manifesta. Et est modificanda ita q illud additum sit extra essentia3 rei particulariter sumptam (quod dico propter inferius cu3 sit extra essentiam superioris: non tamen componit cum illo) ⁊ etiam deseruit sic modificata propositio: quia esse est extra essentia3 sortis. non enim poneretur in eius diffinitione si diffiniretur. Relinquitur igitur manifesta maior: quia duo aduнata quorum neutrum est contrahens alterũ: ⁊ alterum se habet vt actus: ⁊ alterum vt potentia: non nisi per cõpositionem realiter sunt coniũcta. Minor autem patet ex sexta differentia. ⁊ Aristo. primo posteriorum dicente: q nulla diffinitio significat esse.

Format rõnẽ l̃re i tex. po sitam.

T. c. 25.

¶ Nisi forte sit aliqua res cuius q̃ditas sit suu3 esse: ⁊ hec res nõ potest esse nisi vna ⁊ prima: q2 impossibile est vt fiat plurificatio alicuius nisi per additionem alicuius differentie sicut multiplicat̃ natura generis in speciebus. Uel per hoc q forma recipit̃ in diuersis materijs: sicut multiplicatur natura speciei in diuersis indiuiduis. Uel per hoc q vnu3 est abstractũ ⁊ aliud in aliquo receptum: sicut si esset q̃dam color separatus esset alius a colore non separato ex ipsa sua separatione. Si autem ponatur aliqua res que sit eẽ tñ: ita vt ipsum esse sit subsistens: hoc esse non recipiet additionem differentie: q2 iam non esset esse tñ sed esse: ⁊ preter hoc forma aliqua. Et multo minus recipiet additionem materie: quia iam esset esse nõ subsistens: sed materiale. Unde relinquitur q talis res que sit suum esse nõ potest esse nisi vna. vnde oportet q in qualibet alia re preter eam sit aliud esse suum: ⁊ aliud quiditas vel natura: seu forma sua. Unde in intelligentijs op3 q sit esse preter formam: ⁊ ideo dictum est q intelligentia est forma ⁊ esse.

¶ Hic ponitur 2a ratio ad idem que inducit̃ per modu3 exclusionis tacite rñsionis: q2 aliquis posset dicere ad rõnẽ factam q aliqua res est: cuius quiditas est suũ esse: ⁊ illius diffinitio nõ abstrahit ab existere. Cõtra hoc inq̃3 inducitur 2a ratio ꝓbans q in vno solo ente. s. p̃o essentia est idem qd̄ existentia: ⁊ ↄñr in quolibet alio esse ⁊ essentia distinguũt̃ realiter. Ratiocinat̃ ergo sic. Oẽ plurificabile seu plurificatum altero triu3 modoꝝ multiplicat̃: vel per additionẽ dr̃ie formalis: vel per receptionẽ vtriusq3 in mã: vl' per receptione3 vnius in mã ⁊ alterius separationem: sed quiditas que est suum existere nullo istorum modoꝝ est multiplicabilis: ergo quiditas que est suũ eẽ nec plurificabilis: nec plurificata est: ergo est vna tñ: ⁊ sic omne aliud ab ea nõ est sua existentia: processus clarus. Maior vero declarat̃: qm̃ cum pluralitas sequat̃ diuisionem: diuisio alicuius fit per dr̃ias formales: sicut nã generica aĩalis multiplicatur in hoĩe ⁊ leone. Uel per differẽtias indiuiduales: sicut nã specifica multiplicat̃ in sorte ⁊ platone pp hoc q humanitas sortis est in alia mã signata ab illa in qua est humanitas platonis. Uel 3° mõ põt imaginari diuisio inter aliqua duo eiusde3 nãe pp hoc q alterum est oĩno separatum a mãlibus conditionibus. alterum vero concretum est illis: sicut homo separatus apd̄ Platone3: distinguitur ab hoĩe particulariter ꝓpter hoc q homo separatus est imaterialis. nã vero sortis est recepta in hac mã. Nec apparebit discurrenti per omnia predicamenta aliquis alius modus realis multiplicationis in vniuerso. Nec aliquis mihi obijciat q quãtitas ⁊ sba distinguũtur realiter: ⁊ tñ nõ per dr̃ias formales. nec ⁊c. Quoniam siue modis siue differentijs fiat diuisio non refert: dũmodo contrahens ad aliqua3 limitatam nãm trahat contractum. Minor autem declaratur quo ad oẽs eius particulas. Primo q nõ sit multiplicabilis per modum generis. patet ex eo q genus recipit additionem differentie: per quam trahit̃ nã generis ad determinata3 nãm specificam: ⁊ sic p̃dit genus puritatem ꝓpriam: ani

mal enim contractum ad humanam speciem non est purum animal: sed animal humanum. quiditas vero que est sua existentia est ipsum eē purum ꝛ nō coartatum. staꝫ enim ꝙ ꝯtraheretur perderet puritateꝫ: ꝛ eēnt ibi duo (eē. s. ꝛ quiditas) ad quam ꝯtractum eēt. Scḋa pars minoris clarius patet. qḋ enim recipit in alio nō est eē purum ꝛ per se subsistēs: sꝫ sustētatur in alio. quiditas aūt que est suū esse est pura: ꝛ ꝯñr per se subsistens: ꝛ nō alteri admixta in quo sustentetur. Per ideꝫ quoqꝫ patet 3ª para minoris si enim vna quiditas que est suum esse est separata: altera que est recepta ex hoc ꝙ est recepta nō poterit esse eadeꝫ sue existentie. vt enim dictum est esse receptum nō potest esse idem quiditati: ꝛ sic concluditur ꝙ quiditas que est suum esse est vna tm̄ que est prima causa omnium: ac per hoc cetera habent esse distinctum a suis essentijs.

¶ Omne autem qḋ conuenit alicui vel est causatum ex ꝑncipijs nature sue sic̄ resibile in homine: vel aduenit ab aliquo principio extrinseco sicut lumen in aere ex influentia solis. Non autem pōt esse ꝙ ipsuꝫ esse sit causatuꝫ ab ipsa forma vel quiditate rei. dico sicut a cā efficiente: q̄r sic aliq̄ res esset causa suiipsius: ꝛ aliqua res seipsam in esse produceret: qḋ est impossibile: ergo oportet ꝙ omnis talis res: cuiꝰ eē est aliud a natura sua: ꝙ habeat esse ab alio.

¶ In hac parte 4ª huius capituli declarat̄ intelligentias hēre esse a deo effectiue: in quo oīno idem est eē cum eēntia. ꝓ̄ᵐ hoꝝ in sua vḡ ꝯne hoc. s. oē aliud a pª cā est ꝓductū ab ipsa. ꝓbatur sic. oē hn̄s eē distinctum a sua quiditate est ꝓductum effectiue a pª causa: oē ens aliud a cā pª hēt esse distinctum a sua quiditate. ergo oē ens aliud a pª est effectiue ꝓductum a pª cā. Minor supponit̄ ex dictis ꝛ dicendis. Maior ꝓbat̄ sic. oē illud cui ꝯuenit aliqd distinctum a sua qditate: ita se hēt ꝙ vel ipsum est cā effectiua illius: aut hꝫ illud ab alio effectiue. nō. n. pōt imaginari 3ᵐ: risibilitas siqdem ꝛ albedo ꝛ quicqd aliud ꝯuenit homini: aut cāt̄ur ab ipso hoie effectiue: aut ab aliquo alio qḋ nō est hois qditas: sed impoꝛ̄e est vt aliqḋ ens efficiat suam ꝓpriam exn̄tiaꝫ. vt dī. 2. de aia tex. c. 47. ḡ opꝫ ꝙ illam hēat ab alio effectiue. Qꝫ aūt sit impoꝛ̄e: vt aliqd ens efficiat suam ꝓpriaꝫ exn̄tiaꝫ pꝫ ex eo qḋ sequeret̄ ꝙ illud esset añq̄ꝫ eēt. ex eo. n. ꝙ efficeret eēt. oē. n. efficiēs existit 3. phy. t. c. 17. ex eo vero ꝙ suuꝫ ꝓprium eē cāret suum existere eius causalitatem sequeretur. ꝛ sic esset añq̄ꝫ esset.

T. c. 47.

T. c. 17

¶ Et quia omne quod est per aliud reducitur ad id quod est per se sicut ad causam primam: ideo oportet ꝙ sit aliqua res que sit causa eēndi omnibus rebus: eo ꝙ ipsa est esse tm̄. alś iretur in infinitum in causis: cum ois res que nō est esse tm̄ habeat causam sui esse. vt dictuꝫ est. patet ergo ꝙ intelligentia est forma ꝛ esse: ꝛ ꝙ esse habeat a primo esse quod est esse tm̄: ꝛ hoc est prima causa que deus est.

¶ Hic declarat̄ 2ᵐ ꝓpositoꝝ hec ꝯclusio: scilicet essentia pᵉ cause est suum existere. tali rōne: oē qḋ est per aliud tale precedit̄ ab eo qḋ est per se tale: oē ens aliud a pª cā est ꝑ aliud tale. i. ens ergo precedit̄ ab eo qḋ est per se ens. qḋ aūt est ex se ens causa est oibus vt entia sint. vt dī 2ᵉ metaphysice. textu cōmenti. 4. pª ergo causa est ex se ens seu ꝑ se ens: ꝛ ꝯñr sua quiditas est ipsum esse: aliter nō eēt per se: sed per aliud a sua quiditate ens: ꝛ ꝯñr dependeret ab alio: vt añ posita ratione deductum est. Maior ꝓpositio ꝛ si habeat̄ 2ᵉ physicoꝝ. textu cōmenti. 66. ꝛ 8ᵒ textu commenti. 39. tū in littera ꝓbatur ex eo ꝙ aliter sequeret̄ ꝓcessus in infinitum in causis. si enim nō eēt deuenire ad vnū per se tale: sꝫ oia eēnt per aliud talia: qua rōne ante vnū est aliud: eadem ratione añ illud erit aliud: ꝛ sic in infinitum. Minor vero est ꝯclusio ꝓcedētis rōnis. Q ō. x.

T. c. 4.

T. c. 66.

T. c. 39.

Circa hanc partem dubitat̄ an intelligentie effectiue sint ꝓducte a deo. ¶ Et pro parte qdem negatiua arguit̄ sic. oē agens aliquid agit illud per motuꝫ: nulla causa substantiaꝝ imāliū agit eas per motum: ergo nulla causa earum est agēs eas. Maior est Aristotelis ꝑ de gn̄one. textu cōmenti. 45. ¶ Et ꝯfirmat̄: q̄r apō Aristotelem. 12. metaphysice. textu cōmenti. 12. ois ꝓductio exigit tria: a quo: ex quo: ꝛ ad qḋ: que in substantijs immaterialibus saluari nō possunt. ¶ 2ᵒ. ꝑ physicoꝝ. textu cōmēti. 33. cōmunis ꝯceptio philosophoꝝ est: ꝙ ex nihilo nihil fit: sꝫ si intelligentie sunt effectiue a deo sunt ex nihilo ꝛc̄. ¶ 3ᵒ. 4ᵒ celi. cōmen. ꝑ. nullum eternum inquit Auerrois habet efficiens vere nisi per modum forme ꝛ finis. Similiter. 12. metaphysice. cōmento. 44. reprehendit modernoꝝ moreꝫ dicēs: ꝙ in separatis a materia non est vere agere. ¶ 4ᵒ. nullum poꝛ̄e ex se est necium ex alio apud Cōmētatorem. 12. metaphysice. cōmento. 41. nisi motus: sꝫ intelligētie si sunt effectiue a deo sunt poꝛ̄es ex se. ergo nō sunt nec̄ie ex alio. ergo corruptibiles.

T. c. 45

T. c. 12.

T. c. 33.

Auerro. ca. 1. c°. 44. pᵒ me[illegible] 2ᵒ rō. Cō. 41.

In hac dubitatione: qm̄ nostra etate in hoc Patauino studio nō vertit̄ in dubium: an ita sit ꝙ deus creauerit intelligentias: sed an hoc sit ꝫm mentem Aristotelis ꝛ Cōmentatoris. ideo breuiter ꝛ incidenter persuadere volumus ꝙ omnes intelligentie sunt a deo effectiue ꝫm Cōmentatoreꝫ: ꝛ ꝯñr Arist. oēs etiā admittunt in hac re ꝯñtiam istam. Deinde quoniā multi in hac re querunt modum quo apud Cōmētatorem productio ista sit declarabitur ꝛ modus productionis. ¶ Primum declaratur sic: id quod est maxime ens ꝛ verum est causa entitatis ꝛ veritatis ī ceteris. 2. metaphysice. textu cōmenti. 4. deus est maxime ens ꝛ verum: ergo deus est cā entitatis in ceteris. ¶ Si dicatur ꝙ est causa finalis ꝛ nō effectiua. ¶ Contra. 12. metaphy. cōmento. 36. ꝛ. 44. q̄libet res separata a materia cuiuscūqꝫ est pn̄ᵐ finale est principium efficiens. ergo si deus est pn̄ᵐ finale intelligētiarum erit ꝛ principium efficiens earuꝫ. ¶ Dicitur forte ꝙ Cōmenta. non ponit illam ꝓpositionem vl'r sicut assumpta est: sed indefinitam. ¶ Contra Cōmentator ex separatione a mā seu ex imaterialitate rei ponit causalitatem effectiuam cōmitari causalitatem finalem respectu eiusdem effectus: vt patet ibi. ergo vbicūqꝫ reperitur immaterialitas cum causalitate finali respectu alicuiꝰ: opꝫ etiam reperiri causalitatem effectiuam respectu eiusdē. ¶ Confirmatur ex verbis Cōmentatoris in de substantia orbis capꝰ scḋo. vbi expresse dicit celum egere intelligentia non solum mouente: sed largiente in sua substantia permanentiam eternam. par autem est ratio de intelligentijs. ¶ Qꝫ si dicatur ꝙ loquitur de causa finali ꝛ formali exemplari. replica facta est. ꝛ adde ꝙ ibi dicit Commentator: ꝙ finis significat agens significatione necessaria (ꝛ sunt verba valde notanda.) Confirmatur adhuc q̄r Auerrois in. 12. metaphy. ꝛ nūcnunc declarabit̄: non solum ponit ipsas ꝓduci: sed etiam modum quo a pma causa omnes ꝓducuntur assignat. ¶ Modus aūt productionis ab ipsomet ponit̄. 44. cōmento. 12. metaphysi. vbi reprehendit Auicē. non q̄r ponebat intelligentias ꝓduci a deo: sed quia ponebat ꝙ deus causaret eas per modum nāe. s. ꝙ ab vno vnum tm̄ procedat. Posuit enim

T. c. 14

Ca°. 36. cō. meᵐ. ꝛ. 44.

Ibidē 3ᵒ forᵃ bal̄ nci ꝛc̄.

Ca. 2.

Ca. 44

Auicē. deum gloriosū qui pura actualitas est intelligendo se pducere pmam intelligentiam: que pducera intelligendo deum pducebat 2am intelligentiam. intelligendo aūt se sm id qd habet de actualitate pducebat aiam primi orbis. intelligendo aūt se sm id qd habet de potentialitate pducebat orbem pm. z similiter 2a intelligentia faciebat vsq ad vltimam: que presidet sphere actiuorū z passiuorū. Reprehendit ergo Auicēna de hoc q vnū tm procedere a deo imediate dicebat. vnde dicit: nō enim est illic pductius: neq psecutio neq actio ita q dicamus q vna actio sequit vnum agentem: vbi apparet q pptera apposuit (ly ita q vna actio) vt declararet modū pductionis se impugnare. Unde z vere pductionis modum subiungit in vbis sequentibus dicens. tm enim est illic causa z causatum sm q dicimus intellectū est cā intelligentis. Ubi scito ex Alberto. 12. metaphy. q ptemplatio intelligentiarum. si veritatē inuenire querit: in eas vt operatiuas nō speculatiuas tendat. sunt enim eēntialiter opifices vt earum infra corpa. s. z celestia pre se ferunt. Inter artes enim talis inuenit pcessus: q ars cōmunis z pncipalis spāles artes subseruientes causat exēplariter z effectiua (partialr saltim) put diuersis modis est imitabilis. vbi grā. ars militaris causat equestrem z frenefactiuam z alias hō vt sic. z sic z aliter imitabilis. oēs enim inferiores artifices intuendo artem pncipalem z cōmunem ad eius imitationem formant operationes suas pportionatas illi. deus aūt gloriosus est ars pma z cōmunissima imitabilis ab oibus artibus spālibus quales sunt oēs intelligētie. Unde ipsa ars diuina vt sic imitabilis puta per motum talem qualis est motus saturni causat artem intelligentie saturni: z vt alio modo imitabilis: puta p opōnes tales quales sunt iouis causat artem intelligentie iouis: z sic de alijs. causat dico nō solum exemplariter: sed effectiue z totaliter. Ars enim vlis in humanis ideo non causat nisi partialiter z exemplariter artes speciales: qr non potest nisi pcurrēte lumine intellectus agentis in alterius intellect9 fieri. Si nāq ars vlis eēt separata a mā per se subsistens ex se nō phiberet quin posset artes spāles sui imitatiuas effectiue pducere. Unū cum ars diuina sit per se subsistēs z sūme efficax non reqrit coagens: sed sola intelligendo se vt plibus modis imitabilē artes spāles orbium motiuas tanq pprior instrom pduxit: z qr artes ille nō sunt recepte in aliq: opz q sint subsistentes: z qd sit non solum forme intelligibiles sed intelligentes. Omnis enim res imālis si est subsistens est intelligēs sm doctrinam Arist. 3o de aia textu cōmenti. 16. vn cum deus imediate pducat plures artes spāles subsistentes: seqtur q imediate pducat plures intelligentias. ipse enim sunt essentialr artes: z sic ibi est tm causa z causatum sicut intellectum. i. ars cōmunis intellecta: est cā intelligētis artificis subseruiētis. ¶ Cōfirmant hunc sensum vba seqntia quibus ait: q nō est impoīe: vt id qd est per se intelligentia z intellectum sit causa plurium entiū sm qd ex eo intelliguntur multi modi. Ars enim diuina que est pura intelligentia z purum intellectum sm q intelligitur a se practice plurib9 modis imitabilis plures artes pducit. quarum cuilibet: qr qd pcipit de arte cōmuni: est rō operandi cum sumat pm sua ab il a. ideo subdit q aliud est qd cōcipit de pmo motore motor orbis iouis: z aliud quod concipit motor orbis saturni: z est causa in aia eius. s. q operetur. ¶ Cōfirmat quoq hoc idem pportio inter intelligentias assignata ab ipso Cōmen. ait enim in cōmento. 44. q habitudo intelligentiarū aliarū ad primā est habitudo actuum spālium ad cōem: ita q sicut artes spāles perficiūtur z causant a cōmuni in humanis: ita pportionabiliter intelligentie alie perficiunt z causant a pma.

vbi. 3. c. 44. par p9 pm.

Nō hāc diuinaz declarationem

T. c. 16. c. 15.

In eodē cōmen.

**Ad primum** in oppositum dr q agens dupliciter sumit. Qnq pprie pillo quod ex sua actione infert passionem que magis facta abijcit a sba: z sic sumit ibi ab Aristo. agens. sic enim opponunt agens z patiens. Alio modo pro oi eo qd in gnē cāe efficientis causat: z sic agens cōmunius est mouēte: vt pz ex 7o metaphysice cōmento. 31. ¶ Ad pfirmationem pmaz dr q z illud z similia intelligenda sunt de pductione physica. s. per motum z mutationem. ¶ Similiter dr ad 2m. ¶ Ad auctoritates Cōmentatoris adductas z similes sibi dr q loquuntur de agente proprio dicto z pductione physica: vel ptra positionē Auicē. q vnum ab vno emanat. ¶ Ad rationem 2m concessa maiore negatur minor. stat enim apud Aristo. Cōmen. z S. Tho. z veritatem aliquid esse ab alio effectiue: z tm esse necium ex se.

Ad pm.

Ad pfirma. pm. Cō. 31. ad rōnē

Ad 2m rōnem.

**Ad cuius** euidētiam notande sunt 4or propositiones. Prima est. Possibile ex se est id qd habet in seipso potentiam ad non eē. patet ista ex terminis ideo enim aliquid est in ordine possibilium z non in ordine necessariorū: qr habet in seipso potentiam ad nō eē. Si enim careret potentia ad nō esse impossibile eēt ipm non esse: z sic necessarium esset illud esse.

**Secunda** propositio est. Id solum habet in seipso potentiam ad non eē: cuius aliquid habet potentiam ad aliud eē. patet ista ex eo q nulla potentia per se primo appetit non eē: ois enim appetitus per se tendit ad aliquod eē: sed quia cum illo ad quod tēdit nō potest stare eē quod habet. ideo ex cōsequēti appetit nō esse quod est priuatio forme quam habet. Sicut mā aq per se pmo appetit formam ignis: sz qr cum forma ignis non pōt simul stare aque forma. ideo ex consequenti appetit priuationem forme aque quam habet. potentia ergo omnis appetens non esse prius natura appetit aliqd aliud esse. Notanter autem dixi in hac propositione (cuius aliquid hēt potentiam) quoniam non totum appetit aliud esse sed pars potentialis. non enim tota aqua appetit esse ignis sed eius materia.

**Tertia** propositio est: necessarium ex se est illud qd caret potentia ad esse z non eē. patet ista ex terminis 5 metaphysice. textu cōmenti. 6. Necessariū. n. est quod impossibile est aliter se habere. quod autem caret potentia ad esse z non eē impossibile est aliter se habere. omnis enim successio que dicitur sic. ad aliter se habere sit per posse hoc esse perdere z aliud acquirere.

T. c. 6.

**Quarta** propositio est q nec intelligentie: nec corpora celestia habent aliquid sui quod sit in potentia ad aliud esse. Ista quo ad intelligentias est per se nota: qr sunt simplices forme: q ad corpa celestia vo sm Auerroim similiter dicendum est: qr sunt sbe simplices apud ipsum. sm autem sanctum Thomam ex eo est vera q mā cuiusq eorū non est capax nisi forme quam hz. ¶ Ex quibus 4or ppositionibus succincte declaratis patere pōt q sm veritatem intelligentie z corpa celestia sunt necia ex se arguēdo sic. Omne carēs potētia ad esse z non eē est necium ex se: intelligentie z corpora celestia carent potētia ad esse z non eē. ergo zc. Cum hoc tamen stat q sint effectiue ab alio pōt enim vnum necessarium esse effectiue ab alio necessario. vt dicitur octauo physicorū. textu cōmenti. 15 z. 5 metaphysi. textu cōmenti. 6. Unde intelligentie z corpora celestia dupliciter sunt necessaria z ex se z ab alio. ex se quidem formalr z intrinsece: ab alio vo effectiue z extrinsece. ¶ Unū Cōmentator. 12. metaphysi. cōmento 41o dicit. q non potest eē aliquid possibile ex se. necessarium vo ex alio nisi motus: z non dixit impossibile est aliquid esse necessarium eē ex se z ex alio. z cum hoc inspexeris fugabuntur oēs dubi

T. c. 15. T. co. 6.

Cō. 41. Nō ma b ope

rationes inter dicta eius in de substantia orbis: ⁊ hic reputauit enim impossibile nisi in motu aliquid esse necessarium ex alio precise. pro nunc sufficiant hec.

¶ Omne autē quod recepit aliquid ab alio est in potentia respectu illius: ⁊ hoc quod receptum est in eo est actus eius. ergo oportet q̄ ipsa forma vel quiditas que est intelligentia sit in potentia respectu esse quod a deo recipit. ⁊ illud esse receptum est per modū actus: ⁊ ita inuenitur actus ⁊ potētia in intelligentijs: nō tñ forma ⁊ materia nisi equiuoce. vnde etiam pati recipere subiectum esse ⁊ omnia huiusmodi que videntur rebus ratione materie cōuenire equiuoce conueniunt substantijs intellectualibus ⁊ corporalibus. vt in tertio de anima Commentator dicit.

¶ In hac 5ª particula declaratur talis ɔclusio intelligentie sunt cōposite ex actu ⁊ potentia quo est ⁊ qđ est: sic oē qđ recipit aliquid ab alio effectiue est cōpositum ex recipiente potentia ⁊ actu recepto: intelligentie recipiūt aliquid ab alio: scilicet esse a deo. ergo intelligentie sunt cōposite ex potentia ⁊ actu. Maior ex eo patet q̄ nihil est in seipso. Minor aūt ex p̄cedentibus nota est. Et quāuis sic sit q̄ in intelligentijs inueniat̄ actus ⁊ potentia: nō tñ habent formam ⁊ mām. In plus enim se habent actus ⁊ potentia q̄ȝ forma ⁊ mā. vnde pati recipere ⁊ subijci ⁊ similia que sunt passiones māe equiuoce in inferioribus ⁊ superioribus reperiuntur. Alia enim est ratio recipiendi ibi ⁊ hic. ibi absq̄ȝ oī motu ⁊ materiali conditione. in istis xo non nisi cum motu ⁊ indiuidualibus conditionibus. vt ⁊ Cōmentator testatur. 3. de anima. cōmen. 14.

¶ Et quia vt dictum est intelligentie quiditas est ipsamet intelligentia: ideo quiditas vel eēntia eius est ipsum quod est ipsa: ⁊ eē suum receptum a deo est id quo subsistit in rerum nā: ⁊ propter hoc a quibusdam huiusmodi substantie dicuntur cōposite ex quo est ⁊ qđ est vel ex quo est ⁊ essentia: vt Boetius dicit.

¶ Assignat rationem. quare intelligentie dicunt̄ cōposite ex quo est ⁊ qđ est. oē cōpositū ex quiditate que est ipm suppositum ⁊ esse est compositum ex quo est ⁊ qđ est: intelligentie sunt composite ex quiditate que est ipsa intelligentia ⁊ esse quo subsistūt. ergo sunt composite ex quo est ⁊ qđ est. oīa assumpta ex p̄dictis sunt māifesta. Qō. x.

Circa supradicta due dubitationes sunt. ¶ Prima est an esse actualis existentie ⁊ essentia distinguantur realiter. ¶ Scđa est an intelligētie sint composite ex actu ⁊ potentia. ¶ Circa p̄mam tria agenda sunt. primo ponetur opinio Scoti. Secundo ponetur opinio Sācti Tho. Tertio eñdebitur argumentis in oppositum.

Quo ad p̄m Scotus in 3° sententiarum distinctione 6ª. q. p̄ª opinat̄ esse actualis existentia ⁊ essentiam rei esse idem realiter: lȝ distinguāt̄ ex nā rei. sicut modus intrinsecus ⁊ quiditas cuius est: sicut nec albedo distinguit̄ a suo mō intrinseco (gradu. s.) vt tria vel vt 4or. Ad p̄bandum aūt hoc lȝ adduci possent rationes Scoti: q̄ꝛ eā vnionem nāe humane cum supposito diuino cōcernunt: decem rationes inductas ab Antonio trombeta in quolibero suo nunc recitandas p̄mo censui. ¶ Primo arguit vt ipse dicit cōtra fundamentum Thome sic: manente eadem ratione manet idem effectus: sed tota rō quare ponitur ab istis essentiam differre ab esse est pp indifferentiam essentie ad esse ⁊ nō eē: nam vt dicunt lapis est in potentia vt sit ⁊ nō sit. ergo vbi talis indifferentia inuenitur ibi ponenda est talis distinctio: sȝ ita est q̄ est consimilis indifferētia esse ad eē ⁊ nō esse. eē enim rose in hyeme non est: in vere aūt est. ɔsimilis ēt indifferentia est eēntie ad essentiam ⁊ nō essentiaȝ. essentia nāq̄ȝ creature ab eterno nō est. ergo esse differt realiter ab esse: ⁊ eēntia differt ab essentia: qđ est ridiculū. ¶ Preterea. q̄ñcūq̄ȝ sunt aliqua duo essentialiter ordinata ⁊ realiter distincta: p̄us potest sine ɔ̄dictione fieri absq̄ȝ posteriori. sed essentia nō potest fieri sine exñtia. ergo. minor pȝ. q̄ꝛ eēntia p̄ticularis que sola fit nec̄io est exñs. ¶ Preterea. quecunq̄ȝ distinguuntur realiter se hñt sicut res ⁊ res: sed essentia ⁊ existentia nō se hñt sicut res ⁊ res. ergo ⁊c̄. pȝ ista: q̄ꝛ res proprie loquendo ɔuertit̄ cuȝ ente in actu actualitate existentie. ¶ Preterea. nulla res cōponit cum sua realitate. ergo nulla quiditas differt realiter a sua exñtia. tenet cōsequentia: q̄ꝛ exñtia est ipsa realitas rei. nihil enim aliud est dicere rem esse realiter q̄ȝ existere: ⁊ eȝ: antecedēs aūt est de se notum. ridiculum est enim dicere q̄ aliquid cōponat cum sua realitate. ¶ Preterea. hō verus non componit cum sua veritate: nec homo affirmatus cum sua affirmatione. ergo quiditas nō cōponit cum sua existentia. consequentia patet ex eo q̄ rei existentia nihil aliud est q̄ȝ positio veritatis ⁊ affirmatio eius. antecedens aūt oppositum nō videtur bene intelligibile. ¶ Preterea exñtia ⁊ essentia habent idem ɔ̄dictorium. ergo non distinguuntur realiter. ɔñtia est nota. antecedens xo manifestatur ex eo q̄ nihil est quod priuet esse quin priuet essentia: nec est aliud nihil priuans esse: ⁊ aliud nihil priuans essentia. ¶ Preterea. homo in potentia nō cōponit cum homine in actu. ergo essentia ⁊ exñtia non cōponunt: ⁊ consequenter non realiter distinguūtur. ɔñtia relinquit̄ per se nota: q̄ꝛ essentia est in potētia. exñtia xo est actualitas eius. Añcedens xo patet ex eo q̄ actus ⁊ potentia diuidunt ens: vt cōditio diminuens ⁊ perficiens: sicut verum ⁊ pictum diuidunt aial. vt Cōmentator dicit. 9. metaphysi. cōmento 7° homo ergo in potentia cum non sit homo simpliciter cum sit homo in actu solam conditionem distrahentem perdit positum sub conditione perficiente: ⁊ sic nullam compositionem habet cum homine in actu. ¶ Preterea. esse existentie si est distinctum realiter a quiditate non est sb̄a nec accidens. ergo probatur antecedens. q̄ enim non sit accidens vt concessum ponatur. Q̄ aūt non sit sb̄a. probatur: quia aut est mā: aut forma: aut compositum nullum illoruȝ est apud Thomam ergo ⁊c̄. ¶ Preterea. existentia ⁊ essentia distinguuntur realiter. ergo in qualibet g̃ñone substantiali sunt duo termini totales ⁊ duo termini formales. consequens est impossibile. ergo ⁊c̄. consequentia p̄batur quo ad vtranq̄ȝ partem supponendo duo. Primum est q̄ cōpositum per se vnum fit ex per se actu: ⁊ per se potentia ex octauo metaphysice. vbi nullam causam nouit Aristoteles. quare compositum substantiale est per se vnum nisi: q̄ꝛ mā est per se potentia. forma xo per se actus. Secundo supponit q̄ essentia est per se potētia. exñtia xo per se actus. Ex quibus concluditur q̄ id quod resultat ex esse ⁊ essentia est per se vnum. quo dato sequitur q̄ erunt duo composita per se vnitatem habentia: quoꝝ alterum erit compositum ex mā ⁊ forma: alterum ex esse ⁊ essentia: ⁊ cum vnūquodq̄ȝ per se vnum natum sit terminare generationem. ergo in generatione erunt duo termini totales: ⁊ sic patet prima pars. Erunt etiam: duo termini formales: scilicet existentia ⁊ forma substantialis: qđ etiam proba-

tur sic. terminus formalis gñonis est id quo aliquid gñatur: sed tã existia q̃z forma est id quo aliquid gñat̃ g̃ ⁊c. probatur minor sic. eo modo quo aliquid est ratio eẽndi est ratio gñandi: sed existentia est ratio essendi. ergo est ratio gñandi. Uel formetur sic ratio. eo modo quo aliquid gñatur eo modo est: sed per seipsum cõpositum nõ gñatur per esse sic ꝙ esse sit terminus gñonis. ergo nõ habebit esse per ipsum esse. ꝯña est falsum. ergo altera premissarum. nõ maior. ergo minor. ¶ Preterea. ex existia ⁊ essentia fit per se vnum. ergo datur ꝓcessus in infinitum in essentijs. consequens est impoẽ. ergo ⁊c. Antecedens patet ex precedenti ratione. ⁊ ꝓbatur sic. Naz sicut ex mã ⁊ forma resultat tertium per se vnum: q: illa est per se potentia hec per se actuans ita ex existentia ⁊ essentia: cum ẽt existentia sit per se actus ⁊ essentia per se potentia. eadez enim ratio est. consequentia autem probatur: quia si ex esse ⁊ essentia fit tertium per se vnum cum illud iteruz distinguatur a sua existentia componet cum ea: ⁊ ex eis fiet aliquod per se vnum: ⁊ iterum arguitur eodem modo de illo: ⁊ sic in infinitum. Hec de primo.

10°

Op. sci Tho. 2. Gen. cap. 52.

**Quo ad** 2m: opinio sancti Thome ab eo posita in 2° contra Gentiles. cap. 52. est ꝙ in oi creatura quiditas ⁊ eius esse actualis existentie distinguuntur realiter. ⁊ lz hec ꝯclusio nunc in textu ꝓbata sit: attñ ad pleniorem declarationem deducam tres ꝓbationes ex sancto Thoma ibi. ¶ Prima est: oĩa essentia creata habet aliquid sibi realiter ꝯiunctum preter suum esse: nullum esse irreceptum habet aliquid sibi ãnexuz preter se. ergo nullum esse irreceptuz est essentia creature: ⁊ ꝯñter esse ⁊ essentia non sunt idem. esset enim ipsum esse irreceptum si esset idem essentie: sicut ⁊ ipsa essentia irrecepta est: de substantijs loquendo. Maior est nota per se. sor. n. preter suum esse habet quantitatem albedinem ⁊ similia similiter sbe separate vt nunc supponimus habent aliqd accidens. (puta actum intelligendi saltem.) Minor ꝟo declaratur ex eo ꝙ si affirmatio est causa affirmationis negatio erit causa negationis: sed precisa causa. quare eẽ habeat aliquid preter se ãnexum est: q: esse est receptum in alio in quo potest recipi aliud: quod patet ex hoc ꝙ esse substantiale sor. ⁊ esse album eiusdem nulla alia ratione adunatur: nisi q: vtrunq; recipitur in sor. sunt enim tñ vnum in subiecto. cum ergo esse non erit receptum non remanebit aliquis modus quo potest habere aliquid sibi ãnexum. ¶ Confirmatur hoc: q: esse substantiale sortis: aut adunatur cum alijs preter se identice: ⁊ hoc est manifeste falsum. esse. n. substantiale sor. nõ est esse albũ. Aut sicut potentia ⁊ actus: ita ꝙ esse substantiale sit potentia ⁊ accidentale actus eius: ⁊ hoc nõ: q: nullum eẽ actualis existentie potest poni subiectum alterius cum sit vltima actualitas. remanet igitur ꝙ ea ratione adunẽtur: q: ambo recipiũr in tertio. ⁊ ideo sublato hoc ab ipso eẽ actualis existentie: ꝙ sit. s. receptum: aufertur ẽt ꝙ possit hẽre aliquid sibi ãnexum: ⁊ hoc est quod Boetius dicit in hebdomadibus: ꝙ ipsum quod est aliquid habet sibi p̃ter se ꝯiunctum: ipsum ꝟo esse nihil. ¶ Scđa ratio ad idem est. Omne esse irreceptum est infinitum simpliciter: nullum esse creature est infinitum simpliciter. ergo nulluz eẽ creature est esse irreceptum. g̃ distinguitur ab essentia ⁊c. minor est per se nota. maior ꝓbatur sic. omne purum esse est infinitum simpliciter: omne esse irreceptum est puruz esse. ergo omne esse irreceptum est infinitum simpliciter. Maior est nota ex terminis (esse enim ideo est limitatuz q: non est purum sed predicamentis mixtum.) esse enim limitatur per nãs predicamentales: a quibus si depuretur oi finitate carens infinitum oĩno restabit. Minor ꝟo ẽt patet ex precedenti rõne: ⁊ ex ratione facta supra in textu. ¶ Et adhuc exemplariter declaratur. albedo si ponatur non recepta in aliquo est pura albedo: ⁊ nihil haberet nisi se tñ: ⁊ esset infinita in specie albedinis: vt de se clarum est. non enim potest a sano intellectu imaginari albedo separata definita ad aliquem modum albedinis. omne enim quod est per se tale habet omnem perfectionez possẽm illi nãe: sicut homo separatus apd̃ Platonez haberet omnem perfectionem possẽz nãe humane. ¶ Nec valet id qđ Antonius Trõbeta ꝯtra hoc dicit sumptuz ex Scoto. 2. sententia. distin. 3. q. vltima: ꝙ si albedo esset separata: ⁊ haberet oẽm perfectionem possẽm tali spẽi: sequeretur ꝙ albedo esset infinita simplr̃: q: hẽret pfectionem infinitoꝝ indiuiduoꝝ possibilium esse sub specie albedinis. Hoc inq̃z nihil valet: qm̃ sicut infinita indiuidua albedinis etiam simul posita non sunt perfectionis infinite simpliciter cum sint limitata ad spẽm albedinis: ita nec albedo separata eoꝝ perfectiones habens erit infinita simpliciter: sed in tali specie. ¶ Tertia ratio est ista: id quod conuenit nãe specifice absq; oi causa effectiua distinguitur realr̃ ab eo qđ ꝯuenit illi nõ nisi per aliquam causam effectiuam: sed predicata quiditatiua ꝯueniunt rei absq; oi causa effectiua. existia aũt non ꝯuenit rei nisi per aliquod efficiens. ergo predicata quiditatiua ⁊ existentia rei distinguunt̃ realiter. maior est per se nota. Minor etiam quo ad 2m partez est clarissima. quo ad p̃m ꝟo declaratur sic. seclusa oi causalitate effectiua respectu rose: quero an ista sit vera rosa est sba corpea. si sic habeo intentum. si non: ergo rosa absolute sumpta nõ est in p̃to: ⁊ predicata primi modi possunt intelligi non ad esse rei: ⁊ diffinitio separatur a diffinito: que oia nõ sunt imaginabilia ⁊c. ¶ Videt̃ etiam hec opinio ab antiquis deriuata. Platone. s. Alpharabio. Auicẽna. Algazele. Boetio Hylario. Alberto ⁊ eoꝝ sequacibus: lz ab Aristotele nihil manifesti in hac re habeamus. Hec de secundo.

p̃a rõ

2a rõ

Ca. i. ꝓpõne. 4

2.d.3.q. 4.

3a rõ

**Quo ad** 3m respondetur argumentis in oppositum. Et ad p̃m dicitur premittendo ꝙ arguens non vidit. S. Tho. in fonte. vt enim apparet ex 2° contra gentiles: vbi ex intentione septẽ rationibus fundat suaz opinionem seu positionem. ratio assumpta ab arguente non nominatur inter illas: vnde peccauit imponẽdo nobis hoc esse totum fundamentum positionis nostre: lz illa ratio ex dictis sancti Thome p̃ sententiaruz. distinctione 8a questione 4a articulo 2° elici possit (vbi tñ de hac re non tractat) ⁊ est formanda sic ratio illa. essentia particulariter sumpta est indifferens ad esse ⁊ non esse: ergo distinguitur realiter a suo esse. ¶ Nec valet responsio sua dicens: ꝙ in antecedente opz addere ꝙ essentia habeat propriam realitatem aliam a realitate existentie (q: hoc est voluntarium.) Distinctio enim realis est inter mãm ⁊ formam: quas philosophi non dubitant habere eandez realitatem existentie: cum ex eis ponant vnum per se fieri. ¶ Ad argumentum ergo contra hanc rationem formã dicitur ꝙ falsum est: ꝙ esse sit indifferens ad esse ⁊ nõ esse ⁊ essentia ad essentiam ⁊ non essentiam. nihil enim est indifferens ad aliqua duo: quorum alterum sibi determinat in sua diffinitione: constat autem ꝙ esse est de intellectu esse: ⁊ essentia de intellectu essentie. Qꝫ autem esse rose in hyeme non sit sed in vere. hoc ideo est: quia essentia rose cui semp sua predicata quiditatiua adsunt ad actuz essendi non peruenit. ⁊ non ideo q: ipsum esse sit indifferens. Cum autem addit ꝙ essentia est indifferens ad eẽntiam ⁊ non essentiam: quia non est ab eterno: non videtur intelligere vocem propriam. Ex negatione eñi actus essendi ab eterno bene sequitur ꝙ rosa sit indifferens ad esse ⁊ non esse. sed non ꝙ sit indifferens ad rosam ⁊ non rosam. vt enim dicũt Alpharabius: Auicẽna: Algazel: ⁊ Albertus:

Videas hꝰ doc. ꝯme‾ i 2. post.° 6. cc. pñ. 2. ꝯ. Ge. ca. 52.

i. d. 8. q. 4. ar. 2.

et Albertus: siue rosa sit siue non sit: semper est rosa et semper est subа corporea etc. (si aliquo termino mensure in his vti licet.)

Ad 2m

¶ Ad scđm negatur vtraqꝫ p̄missa: et maior quidē supposita ostensa est eē falsa. minor ꝰo ostēdit in Christo: in quo humanitas absqꝫ creata existētia actualis est.

Ad 3m

¶ Ad 3m negatur maior ad intellectū arguētis. nō enim requiritur ad distinctionē realē ꝙ vtrunqꝫ eorū habeat propriam existētiam.

Ad 4m

¶ Ad quartum dicitur: ꝙ sicut eē est duplex. s. existētie et eēntie: ita duplex est realitas eēntie et existētie. et lꝫ nulla res componat cū sua realitate eēntie: tamē cū hoc stat ꝙ cōponat cū realitate existētie. vñ eēntia hominis absolute ī reali p̄dicamēto substantie. s. reponit. posita aūt in rerū natura fit realis realitate existētie.

Ad 5m

¶ Ad quintū dicitur eodē modo: qꝛ etiā verum cōuertitur cum ente et re. vñ simpl'r homo dupliciter est verus. s. veritate eēntie et existētie. homo verus veritate eēntie non cōponit cū tali veritate que nihil aliud est q̄ꝫ fundamētalis conformitas ad sua predicata quiditatiue. componit autem cum sua veritate existēte. i. cū eē quod fundat hāc veritatē: homo est simil'r dicitur de affirmatione.

Ad 6m

¶ Ad sextū negatur antecedēs: cuius probationis vtrūqꝫ assumptū est falsum. Cū enim quot modis vnum oppositorum dicitur tot dicatur et reliquū (in primo topicorum)

Cap. 12.

sicut ens dupl'r dicitur. s. ens quiditatiuum et exñtie: ita non ens seu nihil dicitur dupl'r. s. nihil q̄ditatiue et nihil existēter. homo enim absolute sumptus cum sit in p̄dicamēto substātie est ens quiditatiue: non tñ extra nihil oppositum actuali existentie: et iō aliud est nihil oppositū enti p̄dicamētali seu essentie: et aliud quod opponitur exñtie actuali etc. et similiter alia est negatio essentie: et alia est negatio existētie.

Ad 7m

¶ Ad 7m negatur ꝯñtia. non enim idem est dicere homo in potentia componit cuꝫ homine in actu: et eēntia componit cū existentia. p̄ma enim est falsa: qꝛ idem non cōponit cum seipso. scđa autē est vera: qꝛ extrema real'r distinguuntur. vnde non est eadem proportio existētie ad essentiā: et hominis in actu ad hominē in potētia. Inter prima eniꝫ est proportio potētie receptiue ad actuꝫ: et distinctio realis vtroqꝫ extremo posito extra causas suas: inter scđa ꝰo non: sed est proportio eiusdem ad seipsum fm diuersas sui dispositiones simul incōpossibiles. s. esse in potētia et esse in actu.

Ad 8m in 8 eo/dē cap.

¶ Ad octauū negatur antecedēs: existentia enim substātie est substantia: et existētia accidētis est accidens (et vt supra patet) existētia substantie non est mā nec forma nec compositum: sed actualitas oium eorū: et sic est reductiue in gñe substantie. ¶ Sed contra hoc instat arguens sic: omne quod est reductiue in gñe reponitur vt principiū ipsius. sed eē non est principiū substātie. ergo non est in gñe substātie reductiue. ¶ Ad hoc dicitur ꝙ cuꝫ eē sit vltima actualitas rei: et vltimū in gñatione sit primū in intētione: esse erit in gñe substantie vt p̄ncipium formale vltimatū ipsius substantie. per hoc eniꝫ res reponitur in gñe substantie: qꝛ est capax esse substantialis. etenim differētie in omnibus gñibus (vt infra declarabitur) sumūtur ab ordine ad ipsum esse

t. 8. p. 3.

Ad 9m

¶ Ad nonum negatur cōsequētia. Ad cuius probationē dicitur: ꝙ primum suppositum male intellectū adducitur: eo ꝙ

T. c. 15.

Ari. 8. metaphysice. textu cōmēti. 15. quē arguēs adducit nō dicit ꝙ ex per se potētia et per se actu resultet vnuꝫ tertium: sed ꝙ ideo res habēs partes est vna: qꝛ altera ē actus: altera ꝰo potētia: et intelligēdum est: sicut (supra declaratum fuit) si ad compositionem realē referatur. s. ꝙ altera pars est pura potētia: eo ꝙ ex duobus actibus non fit tertium per se vnum: modo quiditas rei et existentia eius nō se habēt sicut pura potētia et actus: nec sunt partes vt patet. vnde auctoritas illa non est ad propositum.

in 8 eo/dē cap.

Relinqtur ergo falsum eē ꝙ ex esse et eēntia fiat tertium per se vnū: et consequēter probatio ꝯñe quo ad primam parteꝫ nihil valet: qꝛ non sunt ibi duo composita. ¶ Ad probationē ꝰo ꝯñtie quo ad scđam partem dicit ꝙ non incōuenit gñationem habere duos terminos formales difformiter. vnū p̄mo: alterum scđario. terminus formalis gñationis primus est forma: scđarius aūt esse. sicut per oppositū creationis terminus formalis primo est eē: scđarius ꝰo forma. et hoc mō ꝯcedūtur argumēta. ¶ Q: si intēdat p̱bare ꝙ eē sit terminus gñationis p̄mo. rñdetur et dicitur ꝙ id qđ assumit. s. eo modo quo aliqd est ratio eēndi est ratio generandi: falsum est: lꝫ enim sit verū ꝙ id qđ est ratio eēndi sit ratio rei ꝙ gñetur: non tamen est verū ꝙ eo modo quo est ratio essendi sit ratio generādi. et ratio est: qꝛ res per gñationem non exit de non eē omnino ad esse: sed de priuatione ad formam. vt dicitur primo physicoꝝ. creationis enim est propriuꝫ vt res

t. c. 75.

trāsferat de non eē omnino ad esse: quo fit vt esse quod ē primo ratio eēndi: merito sit et p̄mo ratio prime productionis que est creatio. et forma que est secūdario rō eēndi: sit prima ratio secūde productionis: generationis. s. vñ et primo physicoꝝ principia generationis ponuntur forma et priuatio.

T. c. 66. et 67.

¶ Per idem pꝫ ad aliam formā eiusdem rōnis. falsa enim est maior. alius nanqꝫ est modus quo res generatur: et alius quo est. est enim per formaꝫ secūdario. per se autem primo: generatur ꝰo ecōuerso.

Ad 10m

¶ Ad 10m pꝫ rñsio ex dictis. falsum enim est añs.

2m dubm s. v. intel/lige sint ꝯposite ex actu et po.

Circa scđm dubium sciēdum est cōem philosophoꝝ sniam esse intelligētias alias a prima non esse actus omnino puros: sed admixtionē in se potētie habētes. verum diuersitas inter eos magna est de modo quo hec duo: actus scilꝫ et potētia eis īsunt. ¶ Et vt reliquos omittamus: ne limites intētionis nr̄e egrediamur.

op. sco. 1. d. 8. q. 2a.

Sco. in p̄mo sentētiarum. distin. 8. q. scđa. opinatur oēm creaturam esse compositā ex actu et potētia hoc modo: qꝛ q̄libet creatura cum non sit nihil: opꝫ ꝙ habeat aliquam actualitatē. et cum sit definita ad tale genus vel spēꝫ seu gradum perfectionis: opꝫ ꝙ habeat in se negationē alterius pfectionis possibilis repiri in latitudine entis: et sic fit possibilis. quicqd enim ē ens et caret aliqua pfectione in ente possibili est simpliciter possibile. et sic quelibet res est composita ex actu et potētia obiectiua: ex eo enim qđ est habet in se actum: ex eo ꝰo quod ē ens possibile habet in se potētiam: possibile nāqꝫ a potētia dicitur. Cum aūt solus deus sit actus non possibilis. i. non potēs terminare actionē alicuius agētis sm factiui: intelligentie apud ipsuꝫ erūt ꝯposite ex actu et potētia obiectiua tm̄: qꝛ nullā in earū substantia receptiuā formā ponit.

Sanctus Thomas aūt ex fundamētis in dubitatione p̄cedēte positis opinat intelligentias et quālibet creaturā eē compositas ex actu et potentia: sicut ex duabus reb' distinctis real'r: eē. s. et essentia. nec opꝫ repetere probationes: sed soluere rōnem Sco. quā ibidē facit cōtra hoc.

Rō sco. vbi. s.

Arguit eni sic: si in q̄libet creatura est cōpositio ex duabus rebus accipio alterā illaꝝ rerum componētiū: et quero an sit simplex: an cōposita. Si simplex: ergo nō quelibet res creata est cōposita. Si cōposita iterū queretur de partibus eius: et sic in īfinitū.

Rñdet.

¶ Ad hoc facillime respōdetur. p̄cedit enim arm ex malo intellectu positionis nostre. cū nāqꝫ dicitur ꝙ quodlibet aliud a deo est cōpositū (ly q̄dlibet) distribuit nō nisi pro his que vere sunt et proprie esse habent: que apud

7o met. t. c. 27.

Ari. et veritatē sunt sola subsistētia. omne ergo suppositum tā subale q̄ꝫ accidentale (si sic loqui licet) est cōpositum ex actu et potētia realiter distinctis: q̄ditate. s. et esse. formis eniꝫ q̄ditas vt declarauimus distinguitur real'r a

suo esse⁊ huius albi albedo distinguitur realr̄ a sua propria exn̄tia: vt ex dictis patere pōt. Non eniz sum⁹ adeo insensati vt dicamus oēm entitatē q̄litercūq̄ esse cōpositam. cōponētia eniz vltima in resolōne q̄s dubitat oportere eē simplicia. Dicimus igit̄ in proposito intelligētias cū subsistāt habere in se quiditatē ⁊ existētiaz adunatas vt potētiā ⁊ actū: ⁊ sic compositas esse ex duabus rebus realr̄ distinctis. Sco. autez sniam tenere pōt suam absq̄ alterius lesione: sed linguam coercere debet.

1.q.pce⁹

Circa pmum dubium declarato titulo pmo adducet opinio Sco. 2°. s. Tho. 3° rñdebit argumētis in oppositum. ¶ Est igit sensus pmi dubij. an de eēntia accidētia sit depedētia ad subiectum: quod sub spālibus vocabulis dubitat ab alijs cum queritur an inherentia aptitudinalis sit de eēntia accidētis. ¶ Scotus in q̄rto sen. distin. 12. q̄stione pma. decidit hanc q̄stionē: quo ad accidētia absoluta. s. quātitatē ꝛ qualitatē: atqz tales: q hoc vertunt in dubium: qd nominis ipsius iherētie ignorare contētusqz est vnica rōne ad probādum q impossibile sit inherētiam quācunqz eē de eēntia accidētis absoluti: sic. Nulla relatio est de conceptu formali rei absolute: omnis inherētia est relatio. ḡ nulla inherētia est de conceptu formali rei absolute. ¶ Alit hec ratio formaf ab eodē: sic. id quod est eēntial'r ad se non includit in se eēntialiter respectum fm Augm. 7° de trinitate. capl'o 2°. sed accidēs absolutum est ad se. ḡ accidēs absolutum nō includit eēntial'r respectū. inherētia autē respectus est. ḡ. ¶ Ab alijs autē confirmaf eadē ratio sic. omne qd relatiue dicit est aliquid pter relationē: fundamētum enī relationis est aliud formal'r a relatione: sed accn̄s absolutum. puta qualitas relatiue dicit inherēs. ḡ est aliqd absolutum pter inherētiam. ¶ Preterea. inherētia aptitudinalis est de eēntia accidētis. ḡ quātitas ꝛ qualitas nō sunt gña gñalissima. tz conseq̄ntia ex eo q tunc a quantitate ꝛ qualitate ꝛ ceteris accidētibus posset abstrahi cōceptus cōmunis quiditatiuꝰ eiusdē rōnis in oibꝰ illis inferior conceptu entis: ꝛ supior illis nouē gñibus. s. (esse in) ꝛ sic cum omnis talis conceptus sit genus: nouē gña accn̄tiū gñalissima nō erūt. hērēt eni supueniens genus.

Thomistarum aūt sn̄ia est inherētiā aptitudinalē esse de eēntia accidentis. ꝛ eam non eē relationē. ¶ Sciēdū est enim aliquid esse absolutum vel respectiuum dupl'r. s. a subto ꝛ a termino. Absolutum enim a subto ens: est id qd non est natum recipi in alio vt substātia. Respectiuum ad aliud vt subm: est id qd eēntial'r natum est recipi in alio: vt omne accidēs. Absolutum a termino est id qd formal'r non respicit aliud pcise: vt terminum ad quē: vt substātia: quātitas ꝛ q̄litas. Respectiuum ad aliud vt terminum est id quod formal'r respicit aliud pcise vt terminum ad quē: sicut pdicamētum relatiōis. In hoc enim differt relatio ptinēs ad pdicamētum relationis ab alijs respectibꝰ ceterorum generū: qui a quibusdā trāscēdētes vocant: q respectus ptinens ad genus ad aliquid: essential'r est ad aliud: non vt receptiuum vel causam efficiētē aut finalē aut formalē: sed pcise est ad aliud tanqz terminum. vnuz enim relatiuorum nec est forma nec finis nec efficiēs alterius: sed terminus. Propter qd dicit magnus Albertus: q vnum relatiuorum nō est diffiniēdum p reliquū. sed ad reliquū: eo q ly p denotat causalitatē. Respectus autē aliorū gñm qui pp vocabulorū penuriam respectꝰ dicit: respicit eēntial'r aliud: sed vt subm vel mām vel formā ꝛ hmōi. sic eniz mã eēntial'r respicit formā: ꝛ ecōtra: vt de cōmēsuratione anime intellectiue (supra dictū est.) cum ḡ inherētia aptitudinalis iporter respectū ad aliud vt receptiuum: ipsam non de gñe relationis sed idētificatā cuilibet gñi: modo absolutū ens mō relatiuum significare dicimꝰ. Vñ non phibet inherētia aptitudinalis eē de eēntia absoluti accidētis ex eo q est respectus: imo ex hoc q accidēs absolutū non a subto est: lz a termino: sequitur q de eēntia eius sit eēntialis depēdētia ad subiectuz quā inherentia aptitudinalis explicat. ¶ Consona autē

Marginalia: T. c. 4. — T. c. 16. — c. 5. pt. 6 c. 6. p. 2. — 1m dubm — 2m — 3m — 4m — 5m — 6m — v. iherēa aptitudis sit de inherētia accn̄tis. — opi. sco. 4. dis. 12 q. i. — vnica rō Sco. — Confirio aliorū. — 3a cōfirio — opi. thomistarū — c. 6. q. i3

nostra positio rōni ořdiť: ex eo q̄ sicut esse ad constituit relatōnē: ita esse in. constituit accidēs vniuersale. Contrahitur enim ens p esse in. ad nouē genera accidētium: z ideo sicut ad. est de essentia relationis: ita in. est de eēntia accñtis. Unde simplicius in cōmēto p̄dicamētorum dicit. q̄ esse in. nullum ꝯstituit genus: sed omne accidēs circuit. ¶ Et ꝯfirmat ex eo q̄ nisi aptitudinalis inherētia esset de eēntia accidētis posset completa diffinitione ipsum accidēs concipi absq̄ aptitudinali inherentia in eius diffinitione posita: quod est impossibile. opꝫ. n. ipm in sua diffinitione hēre essentialē depēdētiam ad subm: quā inherētia aptitudinalis explicat. aliter subiecto nō esset opus ad diffiniēdum. Propterea in pluribus locis: ait. s. Tho. q̄ diffinitio accidētis est hoc: seu aliquid huiusmodi: res cui debeť eē in alio. hec de secundo.

Ad p[m] Sco. **Ad primum** autē in oppositū dicit q̄ minor p̄ma est falsa. z deceptus videť Scotus: q2 nō vidit differētiam inť respectum in. z ad. respectus enim in. z nō est relatio. nam lꝫ talis respectus terminetur ad subiectum: z ꝯñter subiectum sit terminus: tamē non terminat vt terminus: sed vt receptiuum illi⁹. z hoc opꝫ hic valde attēdē. aliud est enim dicē. a. est terminus talis respectus: z. a. terminat talē respectū vt terminus: vt ex dictis pꝫ. ¶ Et p hoc pꝫ rñsio tam ad scđaz q̄ ad tertiam firmam eiusdē rōnis. semp enim supponit aptitudinalē inherētiam esse relationē. ¶ Ad vltimum negatur consequentia: dicitur nanq̄ q̄ esse in. est diuersarū rōnū in p̄dicamētis: sicut z ens: est siquidē in. analogum ad nouē gñā accidētium sicut z ens ad omnia gñā.

Ad con firmationes.

**Ex his** pꝫ solutio scđi dubij in q̄ Scotus nobiscum ꝯcordat in 4° distinctione. 12. ita q̄ vnanimiter fatemur accñs nō posset cōplete diffiniri absq̄ additiōe subti vt nūcnūc est pbatū: q̄ plenius inferius patebit cū declaratū fuerit vñ sumant genus z dria in eis. testať z hoc Aristo. in 7° meta[ce]. tex. cōmētorum. 15. z. 17.

T. c. 15. z. 17. z. c. 4.

**Tertia** dubitatio: qm̄ nimis est ampla alibi discutienda relinquat. oporteret siquidē ad plenā illius resolutionē multos qnternos implē. Q. ō. xvj.

v. diffiniť iterate p̄cedat formas subali materia

**Quartam** vo q2 de accidētis natura est: cui⁹ tractatum agimus: non oino p̄termittendā duco. In q̄ tria agenda sunt. p̄ recitabiť opi. Auer. 2° poneť opi. s. Tho. 3° rñdebiť argumētis in oppositum. ¶ Sciēdus est quo ad p̄mū Auerroim in libro de suba orbis fundasse opi. nobis contrariā ponēdo in mā p̄ma q̄ est pura potētia accipi dimensiones interminatas. Ex hoc enim sequiť non omne accidēs esse subiectiue in ente in actu. ¶ Moueť aūt ad hoc opinandum rōnib⁹ plurisq̄ ducentibus ad impossibile. ¶ Prima est dimensio interminata non est in mā coeterna sibi. ergo corpus fit ex non corpore z dimēsio ex nō dimēsione. z tunc vltima sequiť. ergo forme corporales. i. dimēsiones sunt sibi inuicem contrarie z succedētes sibi inuicem in subiecto sicut sibi inuicē succedunt forme substātiāles in eadē materia. ꝯseq̄ns est impossibile. ḡ a destructione ꝯseq̄ntis zc. impossibilitas ꝯñtis pꝫ ex eo q̄ neq̄ motus neq̄ mutatio aliq̄ est ad quātitatē interminatā. Augmētatio enim est ad quātitatē terminatā. Pꝫ quoq̄ ex eo q̄ quātitati nihil est contrariū: vt diciť in p̄dicamētis. Consequētia aūt pbať ex eo q̄ oē q̄d fit ex suo contrario seu p̄uatiuo: vt diciť p̄mo phyſi. tex. cōmē. 64. z. 5. eiusdē. tex. com. 7. ¶ Scđa ratio est ista. quātitas iterminata nō est in mā. ergo mā nō pōt simul formas distictas specie aut numero recipē. ꝯseq̄ns est falsum ad sensum. ergo. ꝯñtia pbať ex eo q̄ diuerse forme nō pñt simul recipi nisi in diuersis partibus māe. mā vero diuersis partibus carer añ quātitatis receptionē. suba siquidē exclusa quātitate indiuisibilis est. vt diciť primo phyſi. tex. cō. 15. ¶ 3[a] rō est ista. quātitas non est in mā subiectiue. ergo forma nō diuidiť p diuisionē māe. tꝫ ꝯñtia. q2 forma recipiť in mā indiuisibili cum quātitate ponať carere. tunc vltra. ḡ forma recepta in mā nullam diuisionē hꝫ. tꝫ ꝯñtia. q2 ois diuisio forme mālis p̄exigit diuersitatē partium māe. tūc vltra ḡ forma recepta in mā est eterna z carēs contrario. tꝫ cōseq̄ntia. q2 tēporalitas forᵉ corruptibilitatē eius sequiť. corruptibilis autē non est forma aliqua nisi receptiuum eius hēat diuersas partes: quarū alterā ipsa: alterā forma alia informet: cū oporteat cōicari in mā ea q̄ inuicē corrūpunť: vt p̄mo de gñatione. tex. cō. 53. dr. z tūc vltio sequr q̄ nullā nisi p̄mā formā mā recipiat. opꝫ. n. corruptionē vnius eē gñationē alterius: vt dr in p̄mo de gñatione. tex. cō. 17. z ꝯñr caret ꝯrio. z hec de p̄mo.

in p̄dicamentis. T. c. 64. z. 47. T. c. 7. z[a] ratio.

opi. auē ro. 3 de orbis. c. cor. c. 63. 4. phi. c. 15 3[a] ratio.

T. c. 15. 3[a] ratio. T. c. 53.

**Hanc** opi. z si in qbusdā suis libris sequať. s. Tho. p̄pria tñ snia oppositū vltimo determinauit in p̄ma pte. q. 76. ar. 6. vbi tali rōne vtiť ꝯ Auer. positionē quandocūq̄ aliquid est in potētia ad actum oēm. ordie quodā p̄us recipit actum p̄mum simplr z demuꝫ sequētes. sed mā p̄⁹ fm se est in potētia ad oēs actus substāntiales z accidētales ordine quodā. ḡ prius recipit actū p̄orē simplr. deinde posteriorē. sed p̄mus actus simplr ctiā ordine gñationis est eē. ḡ primum quod intelligiť recipi in mā ē eē. sed eē māe est eē subale z nō nisi a forᵃ subali. ḡ pri⁹ recipiť in mā forma subalis q̄z qōcūq̄ accñs. z sic omne accidēs sequēs aduenieť enti in actu. Q2 primus actus simplr sit eē: pꝫ tum auctoritate libri de causis in p̄ncipio. Tum quia eē quātum p̄supponit eē: z similr eē quale p̄supponit eē. z sic de alijs. ¶ Sequunť p̄terea ad hāc positionē multa incōueniētia: q̄. s. ens fm quid p̄cedat eē simplr. Et q̄ ens p accñs sit prius ente p se. Et q̄ mā maiorē cōnexionē hēat cū forma alterius gñis q̄z cū forma p̄prii gñis: ex quo a qualibet forma substantiali est denudabilis z non a qualibꝫ forma accidētali. Et q̄ subē gñabilis sint non solū tria: sed quatuor principia. s. mā forma p̄uatio z quantitas interminata. nō enim pōt fingi quin sit p̄ncipium saltim p accidēs: cum sit coniuncta p̄n°p se: sicut de p̄uatiōe diciť. z sic debuit cōnumerari ab Aristo. Tenēda est igitur opi. s. Tho. q̄ omne accidēs est subiectiue in ente in actu. z p hoc differt a forma subali q̄ est subiectiue in ente in pura pōa. z hec de scđo.

T. c. 17. 3. ph. t. c. 13. Opi. s. t. 4. d. 13. q. 1 a. 2. q. 4. ité. 4. dist. 44 q. 1. a. 1. questiuncula 1 item 4. contra ge. c. 8 fm. in tractatu de nā māe rō Auer.

p̄. ph. 65 z. 66.

Ad p[m] **Ad primam** rōnē Auer. diciť q̄ ꝯñs p̄mum illarum hꝫ multiplicez sensum z qñq̄ verum z quādoq̄ falsum. z ideo distinguēdum ē. si nāq̄ (ly ex) dicat habitudinem cause mālis verum ē. corpus enim fit ex mā q̄ non est corpus z indiuisibilis in actu: lꝫ sit corpus z diuisibilis in potētia. si autē (ly ex) dicat habitudinē termini a quo: falsum est. neč est enim mām ex qua fit corpus imediate ante illud instans habuisse corporeitatē: z vlť in omni instanti tēporis neč est ipsam eē sub dimēsionibus. z hoc modo intelligēdum ē quod Aristo. 3° celi. tex. cōmētorum. 29. z. 64. dicit. q̄ impossibile est corpus fieri ex non corpore. i. post non corpus. ¶ Amplius ē distinguēdum (ly fit) corpus enim seu dimēsionē fieri intelligi pōt dupliciť. Uno modo terminatiue. i. vt fiat tanq̄ terminus alicui⁹ motus vel mutationis. z hoc modo ē impossibile fieri dimēsionē. Alio modo cōcomitatiue. i. vt fiat tanq̄ aliqō consequēs ipsum terminum motus seu mutationis: z hoc modo verum ē corpus fieri. neq̄. n. gñatio neq̄ alteratio neq̄ motus localis ad quātitatē terminať vt quāntas est: lꝫ augmētatio termineť ad quantitatē p̄fectam. sed quando gñatio terminatur p se p̄mo ad compositum substātiale: generātur consecutiue eius accidētia inseparabilia: de quoruꝫ numero est quātitas; q̄ substāntialē corporeitatē sequiť.

T. c. 29. z. 64. 2[a] R°.

Peccatū

Pe̅tm ergo accidit in p̄ma rōne Auerrois: q2 concessa p̄ma consequentia pro quāto infert consequens in sensu vno: nō tz scd'a consequentia q̄ supponit dimēsiones fieri nō cōcomitatiue: ⁊ p accidens: sed terminatiue. de illis. n. que fiunt vt termini mutationū: v̄ificat: q̄ corrumpunt a cōtrario: ⁊ q̄ succedunt sibi inuicē se mutuo expellentia. ⁊ non de illis que fiunt ꝯsecutiue: ⁊ de quorum numero est quātitas interminata.

Ad 2m

¶ Ad scd'az rōnē negatur ꝯñtia. Et ad ꝓbationē dicitur q̄ diuersas formas p̄exigē diuersas partes in mā pōt intelligi dupliciť. Uno modo vt (ly pre) dicat ordinē tēporis: ⁊ sic verum est quascūq3 duas formas simul recipiēdas in mā p̄exigē eam esse distictaz in plures partes imediate añ illud instās: in quo ille forme inducunť. eadez. n. pars mā̄e non pōt simul ad duas formas alteratione sufficiēte disponi: sed talis distinctio partium mā̄e p̄exacta non op3 q̄ fiat p interminatas dimēsiones ipsi mā̄e inherētes sed fit p dimēsiones p̄cedētium compositorum. Alio modo pōt intelligi vt (ly pre) dicat ordinē necc'itatis: ita q̄ in instanti introductionis formarū necc'e sit mām h'ē p̄us nā diuersitatē partiū: ⁊ post formas distictas: ⁊ hoc est falsum. op3 enim p̄us natura mām eē: q̄3 distinctā eē: in illo ḡ ⁊ pro illo instāti exigunt due forme distictas ptes mā̄e sed nō p̄exigunt.

Ad 3m

¶ Ad 3m di q̄ formaz diuidi p diuisionē subti pōt intelligi dupliť. Uno modo vt ideo forma diuisionē h'eat ex subiecto q2 in mā p̄ diuisa recipitur. ⁊ hoc modo quomodo sit veruz ⁊ quomodo sit falsum nunc nūc declaratuz est. Alio modo vt ideo forma diuidať ad diuisionē subti. q2 forma h3 talē diuisionē rōne sui subti. ⁊ hoc modo verum est eo q̄ diuisio quātitatiua conuenit forme substātiali ex hoc q̄ est in mā ratione cuius compositum est quantū: sicut enī qualitas sequiť compositum rōne forme: nō ita tamē q̄ ipsa qualitas p̄sit in ipsa forma subiectiue: ita quātitas inest composito ratione mā̄e non ita q̄ p̄sit in mā: quia ergo diuisio quātitatiua forme non conuenit nisi ratione mā̄e in qua recipitur vt forme a mā separate ostēdunt: iō formas diuidi ad diuisionē subiecti concedimus. non tamē diuisionē istam p̄cedē formam sed comitari. Unde p3 responsio ad totum processum rationis: quoniam ruit (fundamēto falso innitēs.) fundatur enim super hoc q̄ ex positione nostra sequitur formas non diuidi ad diuisionem subiecti: quod patet non sequi.

Qnīti dubij solutio.

**Quinta** dubitatio p̄termissis argumēť s3. s. Thome doctrinam h'et partē affirmatiuam veram. Cum enim ab omni forma fluat aliquod eē: q2 forma est q̄ dat eē rei: necc'e est a forma accidētali fluere accidētale eē: sicut ab albedine eē album: ⁊ a dulcedine esse dulce. ¶ Q3 autē eē quod fluit a forma accidētali nō est idē quod esse substantiale ex ꝓpriis rationibus substantie ⁊ accidētis notissimum est. esse nanq3 substantiale est esse simpliť s'm se indepēdēs ⁊ primū. esse autē accidētale est esse s'm quid in alio depēdēs a subiecto: ⁊ posterius. Nec esse solum actualis existētie accidētis distinguitur realiť ab esse subiecti actualis: sed etiam ab ipsa essentia forme accidētalis a qua est. Jam enim (supra ꝓbatū est) q̄ nulla quiditas creata est suum esse existētie. Uñ existētia albedinis nec est ipsa albedo nec existētia subiecti nec receptio albedinis in subiecto: sicut nec existentia forme substantialis est ipsa forma aut mā aut receptio forme in mā. sed quēadmodum forma substātialis recepta in mā p̄ficit ipsam vt vtraq3 existētiaz recipiat: ita albedo recepta in subiecto p̄ficit ipsum vt esse album recipiat. ita q̄ sicut forma est ratio mā̄e ⁊ composito substantiali q̄ esse habeat: ita albedo est ratio subiecto composito ex albedine ⁊ subiecto q̄ habeat tale esse: album scil3. ⁊ sicut tot esse substantialia in aliquo oportet esse quot sunt forme substātiales: ita s'm nūm formarū accidētiū multiplicať eē accñtale. Aliud est siqdē eē album ⁊ aliud est eē dulce.

Accñs h't ꝓp̄ā exñā3 distinctaz ab exñā subiecti c̄ 5. q. ii.

¶ Errant propterea qui sancto Thome imposuerunt opinionē recitatam a Sco. in 4° sen. dis. 12.

q. i. i p̄n° c.

Sol'o 6' dubij.

**Circa** sextam dubitationē: an scil3 distantia accidenti subiecta possit intelligi eē sine omni accidente. declaranda est p̄mo s̄nia sancti doctoris. Error deinde q̄dam elidēdus. ¶ Ad p̄cipiēdum primum distinguēdum est q̄ de substantia ⁊ accidēte dupliciť loqui possumus. Primo modo vt sic. i. de substātia sub rōne substantie ⁊ de accidēte in eo q̄d accidēs. Alio modo contingit loqui de substātia ⁊ accidēte sub rōne talis substātie ⁊ talis accidētis. p̄mo mō sub̄a est separabilis ab omni accidēte: eo q̄ esse sub̄ale: vt sic: nullam cōnexionē necc'iam h'et cū eē accidētali: alioquin omnis substātia eēt accidēti subiecta. Scd'o modo substantia non pōt separari ab omni accidēte: q2 nō a ꝓpria passione ꝓpter cōnexionē necessariam q̄ est inť subiectum ⁊ propriaz passionē: non propter hac q̄ sub̄m depēdet a passiōe. Propterea. s. Tho. in questionibus disputatis de sp̄ūalibus creaturis. q. vltima. ad septimū: ⁊ in q̄onibus de aīa. q. 12. ad septimuz ait q̄ subiectum esse sine ꝓpria passione non est possibile nec intelligibile. Jn littera autē loq̄ns de esse substantiali ⁊ accidentali: vt sic: ait subiectum posse esse sine accñtali forma sibi aduenīēte. Ostēdit autē natura demōstrationis subiectum esse non posse sine passione. op3 nanq3 conclusionē q̄ inherētiam passionis in subiecto concludit necc'iam esse ⁊ impossibile aliter se h'ere.

q. d' sp̄ūali. creatu. q. ii. q. de a. q. 12. 7m

**Error** aūt intolerabilis hic cauēdus est positus ab Antonio Trombeta in quolib3 suo dicēte: q̄ q2 s'm. s. Tho. ⁊ eius sequaces subiectum non est nisi cā mālis respectu passionis: ⁊ passio est accidēs: ex quo necessario sequiť subiectum posse esse sine propria passiōe. Fundamētum autē huius consequentie est: q2 omnia potētia passiua est potētia cōtradictionis: sed sub̄m est solū in passiua potētia respectu passionis. ergo est in potētia contradictionis. ergo pōt h'ere ipsam ⁊ non ipsam. Maior habetur ex 9° metaphysice. textu cōmē. 17. ⁊ probať etiam ratione sic. passiones entis distincte sunt tales: q̄ vna includit negationē alterius. ergo potētia icludit negationē actus: ⁊ p consequens potētie vt potētia est nō repugnat eē sine actu: ⁊ ex altera parte pōt eē i actu. ergo omnis potētia est potētia contradictiōis. ¶ Propterea ad idē. possibile est medium inť necc'ium ⁊ impossibile. ḡ cum necc'ium respiciat eē solum: ⁊ impossibile non esse solum: possibile respicit eē ⁊ non eē: ⁊ sic omnis potētia cū ab ea dicatur possibile est potētia ꝯtradictionis. ¶ Preterea ad idem. ideo potentia passiua est ad esse: quia potest ab alio recipere esse. s. ab agente. si autem ab alio recipit esse. illo circunscripto quantum est in se est sub non esse. Si ergo potentia passiua ex se est sub non esse: ⁊ ab agente potest habere esse: necessario sequitur q̄ est potētia contradictionis. s. ab esse ⁊ non esse.

An. trōbe. i q̄l3 meta[11]

T. c. 17

**Accidit** aūt error hic ⁊ in p̄ncipijs ⁊ in conclusiōe. Jn p̄ncipijs: q2. s. Tho. i p̄ma parte. q. 77. arti. 6° t3 ex intētione. ⁊ ꝓbat subiectum eē causam sue ꝓprie passionis in triplici gn̄e cause. s. mālis effectiue ⁊ finalis. vnde p3 error minoris. Maior autē l3 sit Aristo. est tamē male intellecta ⁊ ꝓbata. potētia enim mālis est duplex. q̄dam est receptiua tm̄: q̄dā v̄o non solum receptiua: sed ēc passiua extēso nomine passiōis ad omne genus transmutatiōis. Potētia receptiua tm̄ est necc'io coeua suo actui: eo q̄ si eēt añ suum actu3 oporteret q̄ p aliquā trāsmutationē illum reciperet: ⁊ sic non eēt receptiua tm̄ respectu illius. Potētia aūt passiua necc'io nulli actui coeua est respectu cuius est passiua: eo q̄ oēm actum p

i. q. 77. ar. 6. c.

vbi. s. 9 meta.

T. c. 17

trāsmutationē acquirit: τ pñter p transmutationē pdit. oē enim gñabile est corruptibile. vt dicit p̄ celi. Propositio ḡ illa. oīs potētia est pōa contradictiōis: est intelligēda de pōa passiua: τ nō de receptiua tm̄. Hanc glosam τ sensus ipse τ textus Aristo. conuincunt. Ad sensum eniz pz in celo esse potētiam receptiuam sue figure: τ tm̄ in eo talis pōa non est pō contradictiōis: celum. n. non est in pōa ad aliaz figurā. Arist. vō tex. allegato 9° metaphy. ait celum nō esse in pōa ad motum: sed ad terminos eius tm̄: τ tamē constat celum hēre pōam receptiuaz sui motus. vnde ex hoc insinuauit φ de potētia passiua loqbatur. ea. n. celum est in pōa ad terminos motus. Uñ cum subm nō hēat potētiam passiuā sed receptiuā tm̄ respcū pprie passiōis. nulla. n. mutatio mediat int̄ subm τ passionē: opz subm non esse in potētia contradictiōis respectu passionis: τ sic cōclusio deducta fuit falsa.

(T. c. 10; 26. 27. τ 28.; T. c. 17)

Ad rōnes Trōbe. — Ad rationes aūt quibꝰ arguēa nititur illam ppositionē de omni pōa receptiua pbare rñdet. Et ad pmā dicit φ passiones entis distictas esse tales φ vna includit negationez alterius verū est: qz vna nō est alia formalr: pōa. n. nō est actus formalr: sed ex hoc nō sequit: ḡ quibz pōt esse sine alia. Nā non valz: hoc nō est illud. ḡ hoc pōt eē sine illo.

Ad 2m. — Ad 2m dr̄ φ possibile vt distinguit ꝯ necīuz τ ipolē sumit a potētia passiua τ non a potētia receptiua tm̄: τ iō ex hoc nō sequit nisi pōam passiuam eē pōam contradictionis: cum tm̄ arguēs debeat pbare: φ omnis pōa receptiua sit pōa contradictionis.

Ad 3m. — Ad 3m dicit φ ppositio pma ibi adducta. s. φ ideo potētia est ad eē: qz pōt recipe esse ab alio. s. ab agente: in vno sensu est vera: τ in alteto falsa. si enim (ly pōt) dicat posse distinctū ꝯ impossibile. Aristo. dicit eā esse falsam. est eni sensus φ ideo potētia est ad eē: qz nō est ipossibile ipsam recipe eē ab agēte: τ sic celum esset in pōa ad motum cum recipiat ipsuz ab alio. Si aūt (ly pōt) dicat pōam vt distinguit cōtra rē in actu: tūc ppositio est vera. ideo enim aliquid est in potētia ad esse: qz pōt recipe esse qō adhuc nō hz: sicut ideo aliqd est in pōa ad non esse: qz pōt hēre nō eē quo caret: sed cum omnis actus possibilis hēri ab aliqua potētia non nisi p transmutationē acqrat: ad nostram positionē redit. φ. s. pōa passiua sola sit ad esse. Alias rationes quibus separabilitas sbstātie ab omni accidēte a scotistis pbat ex supradictis facile est soluē. Assumunt siquidē ppositiones: quarum falsitas est superius declarata.

Sed quia illud quod dicitur maxime τ verissime in quolibet genere est causa eorūz que sunt post in illo genere: sicut ignis qui in fine caliditatis est causa caloris in rebus calidis. vt in secundo metaphysi. dicitur. ideo substātia que est principium in genere entis: maxime τ verissime essentiaz habens oportet φ sit causa accidentium que secundario τ quasi sm quid rationem entis participant.

(T. c. 4.)

In hac scda parte capituli diuersitatē accidētiū inter se declaraturus pmittit cām accn̄tiū q̄ sit: vt causas diuersitatis eoꝝ insinuet tali conclusione. Substātia est cā accidētiū: quā pbat sic. maxime τ verissime ens est cā reliquorū entiuz: substātia est maxīe τ verissime ens. ḡ suba est causa alioꝝ entiū: sed talia sunt accidētia. Minor vō ex 7° metaphy. in pncipio pz. Maior vō ex 2° metaphy. tex. cōmēti quarti habet. vbi dicit φ vniuersalr id qō est maxime tale in aliquo ordine: φ est cā oīum aliorū in illo ordine: vt sic: sicut ignis q in ordine calidoꝝ est maxime calidus: oīum calidorū est cā vt sint calida. Uerū autē noīe gñis in lra: sicut Aristo. vtitur ibi vniuocatione: eo φ ad veritatem huius ppositionis exigit φ causa cōcet cum effectu in noīe τ rōne: lz analogice eadē. nō enim sequit celum est causa omnium calidorū. ergo celū est maxime calidum. qō tamē sequeret: si celo calidi nomē non equiuoce conueniret. qz igit substantia τ accidēs in nomine τ rōne entis analoga tamē conueniunt: τ suba maxime est ens: ideo causa est oīum aliorum vt entia sint.

(T. c. 2.; T. c. 4.)

Nō tamen diuersimode contingit: quia eni partes substantie sunt materia τ forma. ideo quedam accidentia principaliter consequuntur formam τ quedam materiam.

Quia accidētia causant a substantia in qua sunt τ effectuum diuersitas ex causis puenit: assignat diuersitatez inter accidētia a priori ex diuersitate partiuz substantie a qbus fluūt accidētia. τ ponit tres distictiōes. Quarum pma cum suis diuisionibꝰ talis est. Accidentiū alia sequunt pncipaliter formā: alia sequunt pncipalr māz. Accidentiū sequētiuz formā: quedā cōmunicant materie: quedā vō sunt separata a mā. Accidētum autē sequentiū mācharacterm: quedā sequunt eam in ordine ad formā gñalē: τ quedā in ordine ad formam spālē. Est autez ratio pme diuisionis: qz cuz vnūqōqz opet p qō est actu τ semp spēs aliqua mouē τ agē existimet. vt dicit 3° physicorū. tex. cōmē. 17. opz formā sequi operationes τ operatiuas virtutes. similr cum patiat τ transmutet vnumqōqz rōne māe: opz plura accidētia eam sequi: vt ea que pp māe diuersam cōplexionē insunt: τ ipsam motui subijciunt τc. Apposuit aūt in pma diuisione (ly pncipalr) vt distinguit contra totalr. nullum. n. accidēs est solius forme aut solius māe: sed oīa sunt compositi. etenim ad ipsam quoqz intellectionē non solum aīa cōcurrit: sed totū compositū ex mā τ forma. sortes. n. est q pmo intelligit. est ergo sensus diuisionis φ accidētiū qdā sequunt formā nō vt cām totalē: sed pncipalē: qdam similr sequunt mācharacterm vt cām pncipalē nō totalē. Cū. n. oīum accidētium cā sit id qō vere est. i. substantia completa: omnium causa est compositum ex materia τ forma: sed aliquoꝝ pncipalis radix est forma aliquoꝝ vō pncipalis radix ē mā. Sicut. n. in artificialibꝰ aliqd cōuenit cōposito rōne forme: τ aliqd rōne māe: queadmodū scindē conuenit serre rōne forme: duritiès aūt rōne māe: ita τ in naturalibus aliquid ouit in composito rōne forme: τ aliquid ratione materie: queadmoduz in sorte sentire τ intelligē est rōne forme: masculinū vō ratione māe. Que autem sit regula ad discernēdum accidētia seqntia formam ab accidentibus seqntibus materiam (infra) assignabitur.

(accª aliq̄ sequūtur forª aliq̄ materiam. T. c. 17)

Forma autē inuenit aliqua cuius esse nō dependet a mā: vt aīa intellectualis. Materia vō nō habet esse nisi per formā. vnde in accidētibus que sequunt formam est aliquid qō non habet cōmunicationē cum mā: vt intelligere qō non est per organum corporale sicut pbat phylosophus in tertio de aīa. Aliqua vero ex consequentibus formam sunt que hñt communicationē cum mā: vt sentire: sed nullum accidēs sequit materiam sine cōicatione forme.

(in B caª; T. c. 6)

Hic ponit pꝰ subdiuisio cū eiꝰ cā. Cū eni pprie vtutes τ pprietates τ opatiōes formaꝝ ipsis formis pportiōari deant: ita φ si eēntia ipsiꝰ forme sit depēdēs a mā: virtus τ opatio eiꝰ (rū nō sint ipa forma a q̄ fluūt pfectiores) depēdē opz a mā. Et si essentia forme est indepēdēs a materia:

teria: virtutē aliquā opz habere a materia īdepēdētē. alioquin ociose fecisset natura formā indepēdētē. fecisset siquidem naturā eleuatā supra māni vt sic nō posset operari. ⁊ cōsequēter nec finem ꝓpriū cōsequi. vnūquodqz enim est ꝓp suaz operationē. vt dicit' 2° celi. textu cōmē. 17. Quia ergo inuenitur duplex genus formarum substantialium dependentium scz a materia vt sunt oēs forme materiales: ⁊ indepēdētiū ab ea vt est anima humana. ideo inuenitur duplex genus accidētiū sequētiū formā. ¶ Quedā enim fluūt a forma depēdēte a mā: ⁊ hec ita fluunt ab ea ꝙ tamen recipiunt' subiectiue in cōposito: ꝓpterea dr ꝙ hñt cōmunicationem cum mā vt sentire vegetare ⁊ hm̄. ¶ Quedam vō fluūt a forma indepēdente a materia vt sic: ⁊ hec ita fluunt ab ipsa forma: ꝙ recipiuntur in sola forma subiectiue: ⁊ propterea dicuntur non habere cōmunicationem cum materia: vt intellectus ⁊ volūtas: intelligere velle ⁊ huiusmodi.

T. c. 17. Accñia quedaz sequūtur formaz dependētes. aliq formaz idepēdētē a mā.

**Nec arbitreris** nos imemores ꝯdicere supius nūc dictis. vtrūqz.n. est verū ꝙ s. oē accñs est ꝯpositi vt supra diximus: ⁊ ꝙ aliqd accidēs est solius forme: vt mō dicimus. Accidēa eni esse alicuius pōt intelligi dupl'r. Uno mō vt cōpleti ꝑncipij elicitiui ⁊ receptiui. Alio mō vt suppositi. hoc scđo mō oē accñs ē cōpositi cuius est eē ⁊ fieri. vñ aia nō intelligit vt suppositū qd operaf: sed sortes p aiam. Primo vō mō aliqd accidēs est ipsius aie: ⁊ aliqd est cōpositi: vtus enim itellectiua nō est subiectiue in aliq pte corporis ꝯposita ex mā ⁊ forma: sz est subiectiue in sola eētia aie. vñ in 3° de aia textu cōmēti. 4. dicit: ꝙ itellect' nulli' corporis est act'. Uirtutes aūt sensitiue nō sunt subiectiue in sola aia: sz in determinatis corporis ptibus cōpositis ex mā ⁊ forma substātiali. Simil'r cōpletū elicitiuū ꝑnm sensationis nō ē sola potētia aie: sed cōpositū ex organo corporali ⁊ virtute aie. Intellectiōis aūt ꝑncipiū elicitiuū cōpletū est ipsa sola vtus itellectiua: ⁊ cū opatio imanēs sit subiectiue in suo elicitiuo ꝑncipio: itelligere erit in solo itellectu sicut in subiecto. Propterea. s. Tho. alibi dicit: ꝙ aia itelligit sicut oculus videt: videt vt cōpletū ꝑnm elicitiuū. oculus enim noiat cōpositū: ex organo corporeo ⁊ virtute aie. nō ergo cōtradicūt ista: oē accidēs est cōpositi vt suppositi: ⁊ aliqd accidēs est solius forme vt cōpleti ꝑncipij elicitiui ⁊ receptiui. Et lz totus sermo sit de accidētib' substātiaꝝ materialiū: ex his tñ innuit' natura accidentium substātiaꝝ separataꝝ. opz enim ea esse de ordine illorū accidētiū que sequunt' formā idepēdētē a materia. ¶ Et nota ꝙ anteqz ponaf alterius mēbri subdiuisio: assignat' cā in littera. quare nō fit talis subdiuisio de accidētibus sequētibus mām: qualis facta est ō his que sequunt' formam vt dicaf: accidētiū sequētium materiā: quedam cōmunicant' forme ⁊ qdā nō: ⁊ causa est ista: quia nō inuenit' duplex materia: altera dependens a forma ⁊ altera non sicut inuenitur duplex forma. nulla enim materia potest esse sine forma. vt probatum fuit.

T. c. 4.

c. 5. q. 8.

¶ In his tñ accidētibus que materiā cōsequūtur inuenitur quedā diuersitas. Quedā eni' accidētia cōsequūtur mām ꝭm ordinem quē hz ad formaz specialē vt masculinū ⁊ femininū i aīalibus. quorum diuersitas ad materiā reducitur. vt dicitur in decimo metaphysi. vnde remota forma animalis: dcā accidētia nō remanent nisi equoce. Quedā vō cōsequūt' materiam ꝭz ordinē quē habet ad formaz generalem: ⁊ ideo remota forma speciali adhuc in ea remanent: sicut nigredo cutis est i ethiope ex mixtione elementorū ⁊ non ex ratione anime: ⁊ ideo post mortem in eo remanet.

T. c. 25.

¶ Hic ponit' alterius mēbri diuisio talis: accidētiū sequētiū mām: quedā sequunt' eā in ordine ad formā gñalē: quedā in ordine ad formā specialē. Illa accidētia dicunt' sequi mām in ordine ad formā generalē: que indiuiduo generis altioris cōueniūt rōne magis sue materie qꝫ forme: sicut hoc mixtū hz cutis nigredinē nō ex rōne forme mixti. sz quia mā sua talis passa est: puta in tali climate: vbi calor solis abūdat. Illa vō dicunt' ⁊ cōsequi mām in ordine ad formā spālē: que īdiuiduo iferioris generis vel speciei cōueniunt magis rōne materie qꝫ forme: sicut hoc aial est masculinū nō rōne aie ꝑncipaliter: sz quia mām ad aiaz dispositā talis passio comitata ē: puta quia mā plene dñio actus vigorosi seminis subiecta nō fuit. Signū aūt ꝙ talia accidētia se habēt. s. ꝙ sequunt' materiā ꝭm ꝙ respicit formā altioris vel inferioris gñis est ꝙ aliq coꝝ eiusdē rōnis remanēt cōposito corrupto: ⁊ qdā nō remanēt nisi equoce. nigredo siqdē hois viui ⁊ mortui eiusdē rationis est: masculinitas aūt nō. cā aūt hui' nulla est alia: nisi quia masculinitas seqf' aial rōne sue ꝓprie mãe: ⁊ ppea corrupto aiali ⁊ nō remanēte nisi equoce: opz masculinitatē in cui' rōne ponitur aīal: equiuoce remanere. Albedo autē quia mixti materiā sequitur: in cadauere remanētis: ꝭm eādē diffōnem nō equoce remanet. Qō. xvij.

Signū dñe assignate.

**Circa** ea que hic dicunt' accidit dubium. Utrum nigredo cutis in ethiope viuo ⁊ mortuo sit vna ⁊ eadem numero. ⁊ vniuersaliter vtrum sit idem numero accidens i genito ⁊ corrupto. In hac dubitatiōe tria agēda sunt. primo recitabitur opinio quorūdā. scđo ponet' opinio. s. Tho. 3° respondebitur ad obiecta.

U. eadē accñtia numero sint i genito ⁊ corrupto.

**Quo ad** ꝑmum quidam opinanf accidētia cōia genito ⁊ corrupto eē eadē numero in vtroqz inter quos aliqui quibusdam verbis Auerro. innixi tali distinctione suā ꝯmunt imaginationem. Accidētia cōmunia genito ⁊ corrupto habēt duplicē moduz essendi. terminatū. s. ⁊ iterminatū. Accidētia interminata vocāt essentias accidētiū absqz limitatione ad talem vel talem gradū. Accidentia vō terminata dicūt essentias accidentium limitatas ad hūc vel illuz gradū. accidētia interminata ponunt eadem numero esse i genito ⁊ corrupto: nō autē terminata. vñ sicut quātitas interminata cōmunis expresse a Cōmēta. ⁊ eadē in oib' ponitur: ita calor iterminatus cōis: ⁊ idē est in aere ⁊ igne. ¶ Cōfirmaf autez opinio ista auctoritatibus ⁊ rōnibus. Aristoteles eniz p̄ de generatione. textu cōmēti. 23. dicēs: in his autē si aliq manent in genito ⁊ corrupto: puta quando ex aere ⁊ aq̄ si ambo diaphana aut humida ⁊c. ostendit nō esse incōueniēs ꝙ aliqd idē accidēs sit in genito ⁊ corrupto. Et in scđo de generatione. textu cōmen. 25. vult expresse ꝙ in habētibus symbolū est facilior trāsitus: quia est facili' corrumpere vnū qꝫ duo. ¶ Auerrois quoqz in libro de substātia orbis. nō longe a ꝑncipio dicit nō solū dimēsiones interminatas quas simplices vocat remanere easdez in genito: sz vniuersaliter qualitates oēs cōmunes genito ⁊ corrupto. ¶ Ratio aūt prima ad hoc est: quia si qualitates disponētes mām rei corrūpende ad nouā formā corrumpunt': querit' quid educit formā generādam nō pōt dici ꝙ illud sit agēs extra: quia hoc non pōt facere nisi per qualitates medias itroductas in mā. qualitates autez ille corrūpi dicunt' ab aduersario ante inductionē forme. ergo remanet ꝙ nihil sit qd educat formā: qd est impossibile. ¶ Preterea. qualitates symbole querit' quo corrūpunt' cū nullū ꝯriū appeat: ⁊ frustra corrūpi res cēsea

auerroistarū q̄rūdam op.

i ō subs orb. c. 1. ⁊ 1. phy si. 66.

T. c. 23.

T. c. 25.

Cap̄ p̄.

2°

tur in aliquo instāti in quo eādem opꝫ generari. ¶ Preterea. figura cadaueris. organizatio ⁊ cicatrix ⁊ si q̄ sunt huiōi si nō remanēt eadē: queritur a quo generant. ⁊ cū nō possit dici a quo generantur ꝑ modum sequele: opꝫ ꝙ nullū sit generās. Q. aūt nō generent ꝑ moduꝫ sequele. ꝓbat. Accidētia enim aliq̄ iō cōsecutiue generant: quia dans formā dat ɔsequētia ad formā: mō ista accidētia repugnāt forme magis ꝙ̄ sequant eā: cuiꝰ signū est: q2 sub forma cadaueris ad corruptionē tēdūt. Et hec de pmo.

Op. thomistaꝝ.

Quo ad 2m: sciēdū est Thomistaꝝ esse opinionem: nullū accidēs esse idē numero in genito ⁊ corrupto. Sequit eni hoc necessario ex nostris pncipijs. Nā si nullū accidēs est subiectiue i mā: ⁊ nō dat nisi vna forma substātialis in cōposito: ipoſſe ē idē accidēs remanere idē numero. migraret siqdē accidēs de subiectu in subiectū: ⁊ eēt idē ⁊ nō idē. Nec rōnes pnūc ad hāc conclusionē afferaꝫ. q2 opꝫ ad hoc efficaciter ꝓbādū ꝓbare illud pncipiū. s. ꝙ in cōposito est tm̄ vna forma substātialis. Sꝫ declarabo quō hoc sit poſſe: ⁊ quō defendēda est ab aduersarijs positio nr̄a. ¶ Sciendū est igit accidens quadrupliciter corrūpi. ¶ Primo ꝑ alterationē oppositā suo cōtrario: vt frigus a calido. ¶ 2° ad absentiā ɔseruatiui agētis: vt lumē in aere desinit sole recedēte. ¶ 3° ad corruptionē subiecti vt risibilitas corrūpitur hoie mortuo. ¶ 4° ad corruptionē termini: vt similitudo desinit cō simili perempto. Et q2 quot modis dicit vnuꝫ oppositorū tot modis dicit ⁊ reliquū: accidēs generat q̄drupl'r. ¶ Primo ab agente sibi simili ꝑ trāsmutationē: sicut aq̄ calefit ab igne calido. ¶ 2° ad presentiam agentis in fieri ⁊ esse: vt lumen in aere fit a sole presente. ¶ 3° ad gnātionē subiecti: vt risibile generat hoie genito. ¶ 4° ad generationē termini: vt sorte solo albo existēte statim ad alterius albi generationem ɔsurgit in sorte similitudo. Et lꝫ oibus istis modis cōtingat accidens sm totā latitudinē corrumpi: nullus tn̄ illoꝝ modoꝝ ɔuenit accidētibus oibus nisi tertius. Cōmune nāq3 est oibꝰ accidētibꝰ corrūpi eoꝝ subiecto corrupto: cū accidentis esse sit inesse. ⁊ iō sufficiēs causa corruptionis accidētiuꝫ reddit qn̄ subiecto corruptio assignatur. Vn̄ cū ex aere fit ignis: lꝫ non oporteat corrūpi calorē aeris: sed potius intēdi: q2 tamē aer qui subiectū illius est corrūpitur: necesse est ipsuꝫ quoq3 calorē corrūpi absq3 cōtrario ad solū subiecti defectuꝫ. ¶ Propterea apparet qual'r pecēt peccato fallacie cōsequētis argumēta ea que qualitates symbolas ⁊ dispositiones ꝓ forma introducēda faciētes: q2 carent cōtrario corrūpēte: remanere iferūt. ¶ Et notādū ꝙ qn̄ accidens generatur ad generationē subiecti vel corrūpitur ad corruptionē subiecti: tūc cum eadeꝫ actio terminetur ad vtrūq3: ad subiectū per se: ⁊ ad accidēs cōsecutiue nō opꝫ querere aliud generās vel corrūpens nisi generatiuuꝫ vel corruptiuū subiecti. idem. n. est agens qd̄ vtrūq3 simul ⁊ eadē opatione facit: sicut cū ignis ex aere ignē generat: alterādo aerē in fine alterationis aerē corrumpit ꝑ se ⁊ cōsecutiue calorem introductū: ⁊ vl'r oia accidentia que in aere subiectiue erāt ea cōsecutionis necessitate: q2 accidēs sine subiecto proprio remanere nō pōt ⁊ in eodē instanti generat ignē per se: ⁊ calorē cōsecutiue absq3 alia media alteratione similem calori ante illud instans existenti. Simile autē est iudicium de quātitate ⁊ figura ⁊ alijs dispositionibus ⁊ accidentibus similibus in genito ⁊ corrupto: omnia enim ista cōcomitatiue producuntur. ⁊ ideo non oportet querere generans nisi ꝙ subiectum generat. Et cum supradicta inspexeris videbis ꝙ simile a suo simili concomitatiue ⁊ per accidens qn̄q3 corrumpitur. ⁊ per oppositum a non simili cōcomitatiue per accidēs generari cōtingit ipsū accidēs. Arist. ergo quotiēs dicit eadē remanere in genito ⁊ corrupto: eadeꝫ specie nō nūo aūt: ⁊ hoc per accidēs. variat. n. vnitas nūalis nō pp gnātionis vim: sꝫ subiecti corruptionē. Facilior q̄ꝫ trāsitꝰ i hñtibꝰ symbolū nō ex idētitate nūali symboli accidētis: sꝫ ex nō repugnātia illiꝰ in agēdo vl' patiendo ꝓuēit. ⁊ ex hoc ꝙ forme subales a qbꝰ fluūt similes q̄litates sunt similiores. ex effectibꝰ. n. nā cause innotescit. Auerrois aūt (si saluari oꝫ) eodē modo gloset.

Ad pm

Ad rōnem aūt opposite opinionis dicitur. Et ad pmam quidem ꝙ educēs formā in vltimo instanti est generās extra: nō ꝑ aliquā actionē quā in illo instāti eliciat: sed in termio actionis nudā materie essentiā attingēs. Unde cū dicit: agēs extra nō pōt educere formā nisi ꝑ qualitates medias itroductas: verū est duꝫ agit: nō aūt cum est in termino actionis. sufficit. n. ⁊ exigit alterasse ad māe expoliationē ⁊ dispōnē. ¶ Ad 2m

Ad 2m

di: ꝙ qualitates symbole ⁊ filia corrūpunt ꝑ accn̄s ad corruptionē subti a corrūpēte ꝑ se subꝫ: nec frustra in eodem instanti est pm non esse eaꝝ: ⁊ pm eē sibi filiuꝫ: sꝫ necīo necessitate māe. vt dcm̄ est. ¶ Ad 3m

Ad 3m

di: ꝙ figura ⁊ cicatrix ⁊ hꝫ ꝓducunt ɔsecutiue: ⁊ ꝑ accidēs a generāte corpus subm. s. cadauer: nec est veꝝ ꝙ sola illa accidētia generētur ɔsecutiue q̄ sequunt formā: sꝫ mlt̄a accidētia sequūt ɔpositū ex necītate māe: q̄ sūt: lꝫ nō icōpossibilia: aliqualiter tn̄ opposita ipsi forme vt pꝫ de se. ⁊ iō dico ꝙ figura ⁊ filia sequūt cadauer ex necītate māe: q2. s. agēs nāle nō pōt tā cito dispōnes ꝑ tot trāsmutatiōes radicatas corrūpere total'r. ⁊ iō filēs dispōnes sequūtur: ⁊ q2 nō sunt faciētes pro forma geniti. iō ad corruptionē properatur.

¶ Et quia vnaqueq3 res indiuiduatur ex materia ⁊ collocat in genere vel spē per suaꝫ formam: ideo accidentia que cōsequuntur materiam sunt accidētia indiuidui: sm que etiaꝫ indiuidua eiusdem speciei differunt adinuiceꝫ. Accidentia vo que consequunt formaꝫ sunt proprie passiones vel generis vel speciei. vnde inueniuntur in omnibus participantibus naturam generis vel speciei: sicut risibile consequitur in homine formam: q2 risus contingit ex aliqua apprehensione anime hominis.

¶ Hic ponit 2a diuisio accidētiū que talis est. Accidentiuꝫ alia sunt acciñtia idiuiduis: alia sunt acciñtia generis vel spēi. ¶ Duplex aūt inter ista dr̄ia ponitur. Prima est. ꝙ accidētia indiuidui cōsequunt cōpositū ratione materie pncipaliter. Accidētia vo spēi vel generis sequuntur cōpositū rōne forme. Scd̄a est. ꝙ accidētia indiuidui sūt ea penes que attēdit differētia inter pticularia eiusdem spēi. Acciñtia vo spēi siue gn̄is sunt cōia necessario oibꝰ indiuiduis illius spēi vel generis. Exēplū: masculinuꝫ ⁊ femininū sunt accidētia indiuidualia. sequunt. n. māꝫ ⁊ penes ipsa differūt sortes ⁊ berta. Risibile aūt ē accidēs specificū: sequitur. n. intellectiuā apprehēsioneꝫ ⁊ oibus hominibus necessario cōuenit. Assignatur quoq3 radix prime differentie: cū dicitur: ꝙ materia est pncipiuꝫ indiuiduationis. forma aūt est per quā res in genere vel spē collocatur. Ex hoc enim ꝙ materia est causa esse indiuidualis vt sic: sequit ꝙ sit etiā radix accidētiū cōsequētium ipsum esse indiuiduale: ⁊ per hoc accidētia indiuidui sunt que ɔsequunt mām. ex eo autē ꝙ forma est pncipium esse generici ⁊ specifici opꝫ ꝙ ēt sit cā ꝓprietatum ⁊ accidētiū cōsequētium spēm vel genus: ⁊ sic accidētia speciei siue generis sequūtur formam. Scd̄e vero differentie ratio

nie ratio est: qꝛ cũ tam in forma specifica q̃ generica conueniant oia contenta sub eis: opꝫ etiam ꝓprietates earũ oibus eẽ cões. Cũ aũt penes mãm differãt idiuidua: accidẽtia quoq3 mãlia opꝫ eẽ ea ſ3 q̃ ipſa pticularia iter ſe differũt: vt effect⁹ ꝓportionabilr ꝓpriis rñdeãt causis.

**Accidunt** hic duo dubia circa litteraʒ. Primũ est: qualiter sit verũ ꝙ accidẽtia sequentia materiã sint ea penes que differũt indiuidua in eadẽ specie: qñ qdẽ quãtitas sequit mãm: ⁊ tñ est cõis oibus idiuiduis corporis ⁊ iferiorũ. ℭ Secũduʒ dubiũ est: qualiter verificet ꝙ accidẽtia sequẽtia mãm nõ sint passiões generis vel speciei: cũ masculinũ ⁊ femininum sequatur mãm: ⁊ tñ passiões sũt aialia: vñ ⁊ aial in eoꝝ diffõne ponit: sicut subum in diffõne passiõis: vt. 10. metaph. textu cõme. 25. habet. Similr quãtitas videt esse passio corporis de predicamento substantie: ⁊ tñ sequitur materiam.

T. c. 25. 7. metᶜᵉ t. cõ. 17. quõ penes accidẽtia seqntia mãm individua

**Ad euidẽtiam** pmi scito vba illa. s. accñtia sequẽtia mãm sunt ea ſm que indiuidua differũt: nõ esse intelligẽda vniformiter: sed difformiter. Indiuidua enim differũt penes accñtia mãlia dupl'r. Uel qꝛ vnuʒ eoꝝ habet vnũ ⁊ reliquũ aliud. Uel qꝛ vtrũq3 hꝫ ideʒ: sed alio ⁊ alio mõ. verbi gra. sortes ⁊ berta differũt penes masculinũ ⁊ femininũ: ex eo ꝙ ille hꝫ masculinitatem: illa femininitatem. Differunt quoq3 penes suas quãtitates: non ex eo ꝙ ille sit quãtus ⁊ illa non: sed ex eo ꝙ non eodem mõ sunt quãti. nunq̃ enim inueniuntur duo quãta oino similia: sitibus siquidẽ proprijs differre necesse est. Quãtitas ergo l3 sit cõis oibus indiuiduis: qꝛ tñ nõ vniformiter eis cõuenit: est ſm quã indiuidua inter se differunt 2° modo: ⁊ hoc sufficit.

passiões generũ 2ᶜᵉ

**Ad intelligẽtiam** secũdi notanduʒ ꝙ passiones generũ sunt duplices. Quedaʒ ꝯueniẽtes eis rõne forme generice: ⁊ quedam rõne materie. Ille que sequunt formã vocate sũt hic passiones generũ: ⁊ non ille que sequunt eoꝝ mãm: ꝓpterea qꝛ natura generica ex sua forma est talis ⁊ nõ ex mã: aial enim est aial ex sua forma ⁊ nõ ex sua mã. Unde cuʒ in ꝓposito aialis passio rõne forme sit sensibilitas: ⁊ rõne materie masculineitas vel femineitas: diuersis rõnibus moti Arist. i metaphysica: ⁊ s. Tho. hic: diuersimode locuti sunt. Quia enim est passio aialis rõne materie: ideo vocata est ibi passio: qꝛ autem nõ rõne forme: ideo hic nõ est dicta passio. ℭ Similr dicẽdum est de quãtitate: qꝛ sequitur corpus rõne materie: seqtur enim ipsuʒ ſ3 id quo est in potẽtia diuisibile: qd non est nisi materia vt indiuisibilitas rerum imaterialiũ oñdit. Et nota ꝙ hec 2° diuisio accñtium nõ differt a prima per mẽbra diuidẽtia: eadeʒ enim sunt huius ⁊ illius mẽbra: sed ſm rõneʒ: qꝛ illa diuisio accepta est penes primas earum radices: mãm. s. ⁊ formaʒ. ista aũt penes subiecta quibus appropriantur. s. genus: speciem: ⁊ indiuiduum.

10° metᶜᵉ T. c. 25. 7° metᶜᵉ t. cõ. 17. ⁊ 19.

ℭ Sciendum etiã est ꝙ aliquando accidentia ex principijs essentialibus cãntur ſm actũ pfectũ sicut caloꝛ in igne qui semp actu est calidus. Aliquãdo vo ſm aptitudineʒ tñ: ſ3 complemẽtuʒ accipiunt accidẽtia ex agẽte exteriori: sicut diaphanẽitas in aere que cõplet p corpus luciduʒ exterius: ⁊ i talibus aptitudo est accidẽs insepabile. ſ3 cõplemẽtũ qd aduẽit ex aliquo pncipio qd ẽ ex̃ eẽntiã rei: vl' qd nõ intrat ꝯstõnẽ rei: ẽ sepabile sic moueri ⁊ hmõi.

ℭ Hic ponitur 3° diuisio accidẽtiũ. Quedã cãntur ex pncipijs eẽntialibus subiecti ſm actuʒ pfectuʒ: qdaʒ ſm aptitudinẽ tñ. Illa accidẽtia vocat causari ſm actũ pfectuʒ ex essentialibus pncipijs que ſm suas actualitates ex intrinsecis pncipijs subiecti in ipso fluũt: vt caloꝛ in igne. Illa vo dicit causari ſm actũ impfectuʒ seu aptitudinem eiũ que nõ ſm suas actualitates: ſ3 ſm quasdaʒ inchoationes ex pncipijs essentialibus subiecti in ipso fluũt: vt moueri sursuʒ in igne ex pncipijs eius cãtur ſ3 sui ichoationẽ: puta leuitatẽ. Differũt aũt: qꝛ prima ⁊ ſm suas aptitudines: ⁊ ſm se inseparabilia sunt a subiectis. 2° vo ſ3 se qdẽ sunt sepabilia: ſm aũt suas aptitudines nõ pñt separari. Ab igne. n. neq3 aptitudo ad calorẽ: neq3 caloꝛ ipse separi põt ipso remanẽte. motus aũt sursum nõ semp inest igni: ſ3 aptitudo ad motũ sursuʒ: puta leuitas est insepabilis ab ipo. ⁊ cã hoꝝ ẽ: qꝛ i illis ipa actualitas accidẽtis ex solis pncipijs eẽntialib⁹ fluit. in istis vo aptitudo tñ ex solis pncipijs eẽntialibus fluit. ipa aũt actualitas aliũde expectat ex aliq. s. extrisece ꝯcurrẽte vl' agendo vl' nõ ꝓhibẽdo. vt pꝫ i exẽplo dato de motu sursuʒ qui nõ iest igni nisi aliq ꝯcurrẽte extrisẽco: remouẽte. s. ꝓhibẽs: ⁊ diaphaneitas nõ ẽ actu i aere nisi ꝯcurrẽte extrisẽco illuminãte. lumẽ. n. est act⁹ diaphani ſm actũ. vt dr 2° de aia. tex. cõ. 69. ℭ Profũdiorẽ aũt hui⁹ diuisiõis cãm elicio ex pª 2ᵉ. q. 10. ar. 5. ad 2ᵐ. ꝙ. s. iõ aliq accñtia oriunt ex pncipijs eẽntialib⁹ insepabilr ſm actũ cõpletũ. aliq ãt sepabilr ſm actũ cõpletũ: ⁊ isepabilr ſm aptitudinẽ: qꝛ illa sequũt rei actualitatẽ: ista vo potẽtialitatẽ. Qd sic intelligo: qꝛ vnũqdq3 agit ſm ꝙ ẽ actu. patit aũt ſ3 ꝙ ẽ in poª. ex sufficiẽte rei actualitate ꝓcedit ꝙ accñs i se cõplete ꝓducat. ⁊ p oppositũ ex insufficiẽte actualitate ⁊ ꝯñr potẽtialitate: ex q̃ oia insufficiẽtia ẽ: ꝓuenit ꝙ res hꝫ accidẽs in se ſ3 aptitudinẽ tñ: ⁊ ꝙ ab illo expectet actualitatẽ: seu ꝙ accñs sepabile sit ſ3 actualitatẽ: qd idem est. ℭ Ampli⁹ cũ eẽ ⁊ bonũ actualitatẽ seqnt: ⁊ nõ eẽ ⁊ malũ potẽtiã: ex actualitate rei ꝓuẽire necesse ẽ eẽ accñs pfectũ ⁊ isepabile ſ3 actũ ⁊ aptitudinẽ: ⁊ p oppositũ ex rei potẽtialitate ꝓcedere opꝫ i cõpletionẽ accñtis: ⁊ sepabilitateʒ ei⁹ ſm actũ. est. n. sepabilitas ipsa qdã nõ esse: cũ nihil aliud sit q̃ negatio necessarie seqle sui esse cõpleti ad eẽ subiecti. Intellige aũt hic. vt supra. s. ꝙ ex actualitate subiecti aptitudo est: ex potẽtialitate aũt sepabilitas accñtis ſm suã actualitatẽ. ℭ Aduertendũ vo est ꝙ. s. Tho. passiões q̃ dicũt aptitudinẽ nõ colocauit simplr inter accñtia ex eẽntialibus pncipijs fluẽtia: ſ3 posi⁹ ipsaꝝ passionũ ⁊ aptitudinũ actus: quos ſm incõpletuʒ eẽ aptitudines vocauit. Fecit aũt hoc: qꝛ aptitudo de se nõ hꝫ rõnẽ alicuius a p se ꝓducti seu ꝓducibilis. nullũ enim nãle ꝓducẽs intẽdit aptitudinẽ: ſ3 actũ illius. non est nãq3 opus risibilitate: nisi vt rideat. vñ ⁊ risibilitas ichoatio qdã risus est. ꝓpea igit iter effect⁹ eẽntialiũ pncipiorum aptitudo nõ est simplr posita: ſ3 act⁹ qꝛ nõ ipsa: sed eius actus est qui a pncipijs ꝓductiuis intẽdit: ⁊ qꝛ aptitudo nihil aliud est q̃ ichoatio qdaʒ: inchoatio aũt est act⁹ impfect⁹. iõ accñtia ſ3 actũ icõpletũ aptitudines vocant.

T. c. 66. pª 2ᵉ. q. 10. a. 5. 2.

